

gale

2
3
4
5
6
7.
8.
9.)
10.)
11.)
12
13
14
15
16
17.
18.
19.
20
21

- 1.) Christ. Thomasius Emendationem iustitiae nego facilius nego
impossibilem esse (menti).
- 2.) Id. de emendandis litium protractionibus in materia iura-
- 3.) Id. de caractere modici ad curiam radiositatem processuum.
- 4.) Id. de protractione litii per allegationes legum.
- 5.) Id. de protractione iustitiae per amicabilem compositionem.
- 6.) Pet. Hier. Gundling de transactione actionum.
- 7.) Id. de lite contestata comoda plerumq.
- 8.) Joh. Pet. à Gudewig Differentia iuris Rom et Germ. De senatori-
bus et consulebus
- 9.) Id. de fiducijsione oxotis.
- 10.) Ejusd. Differentia iuris R. et G. in 5^{to} Vellejano. diss. I.
- 11.) dissert. 2.
- 12.) Ejusd. Differentia iuris R. et G. in 5^{to} Vellej. exule.
- 13.) Pet. Hier. Gundling de transactionum habilitate
- 14.) Christ. Thomasius de dominio (late)
- 15.) Iai. Frid. Gundorini de domino ex contractu doloso non trans-
- 16.) Joh. P. de Gudewig Differentia iuris R. et G. in re militari
- 17.) Ejusd. dissert. 2.
- 18.) Iai. Frid. Gundorini de jure retentionis ex diversa causa.
- 19.) Christ. Thomasius de aequitate scribina legit transcriptione
- 20.) Id. de remissione tacita pignoris.
- 21.) Petrus à Gudewig de Differentia iuris R. et G. in donationibus

- 22.) Jac. Frid. Ludovici de hypotheca facta sibi propter
debita ex aliis.
- 23.) Id. de credore ad fidem habendam inducto.
- 24.) Christ. Thomasing an promissae facti libertate methodo
id quod interest.
- 25.) Jac. Frid. Ludovici de prescriptione nonageraria.
- 26.) Christ. Thomasing de facultate vocandi: causa facta excepta
à dolo.
- 27.) Id. de presumptione factoris.
- 28.) Jac. Frid. Ludovici de iuramento compensationem non excludit.
Dicit.
- 29.) Id. de teste contumace.
- 30.) Ric. Hiet. Gundling de principe hereditatis ex testamento ciuium
- 31.) Iust. Henig Boehmer de poena sine criminis.
- 32.) Jac. Fr. Ludovici d.e.q.j.e. circa pulchritudinem.
- 33.) Ric. Hiet. Gundling majorum à feminis quam à viris requiri
capitalem.
- 34.) Jac. Fr. Ludovici an species droogel generi
- 35.) Id. de grammatica mala.

Q. D. B. V.

DISSERTATIO INAUGURALIS,

Sustinens:

EMENDATIONEM ADMINISTRATIONIS IUSTITIÆ
NEQUE FACILEM, NEQUE IMPOSSIBLEM, VALDE TAMEN DIFFICILEM
ESSE ET CAUTE SUSCIPENDAM,

Quam

RECTOR E MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DOMINO CAROLO,
PRINCIPE BORUSSIÆ, MARCHIONE
BRANDENBURG. reliqua,
IN REGIA FRIDERICIANA,

PRAESIDE

DN. CHRISTIANO THOMASIO,
JCTO, S. REG. MAJ. BORUSS. CONSILIARIO INTIMO,
ACADEMIÆ DIRECTORE AC PROFESSORE PRIMARIO, FA-
CULTATIS JURIDICÆ ORDINARIO ET H. T. DECANO,

PRO GRADU DOCTORALI,
LEGITIME CAPESSENDO,

Ad diem 18. Mart. MDCCXVII.

horis locoque solitis,

PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT,

HENRICUS KÜHN, Regiom. Borussus.

HALÆ MAGDEBURGICÆ, Literis Salfeldianis,



L 58

DISSEMINATIO INUGURATI
Suffragani

EMENDATIONEM ADMI-
NISTRATIONS JUSTITIE
NEGLE FACIEM, NEGLE IM-
POSSIBLEM, AVIDE TAMEN DILECITEM
esse ET CULTA USCENSIDAM

DOMINO CAROLO
PRINCIPIS DORSIS, MARGIONE
BRUNDENBURG, Tepidam
IN REGIA TRIDERICIANA

DN CHRISTIANO THOMASIO
ACADEMIE DIRECTORI AC PROFESSORI FIRMARIO, ET
COLLEGIS IURIDICIS ORDINARIO ET AL. DECANO
PRO GRADU DOCTORALI
FESTIVITATE CAPITALENDI
HENRICUS RUDOLPHUS BONIUS



CONSPECTUS DISSERTATIONIS.

DEmendatione tardioris administrationis *Justitiae* in plurimâ Germania Aulis Principes & Ministri sunt solliciti. §. I. Triplicia ea de re judicia. Unum eorum, qui facile & facile sperrandam hanc emendationem credunt. §. II. Alterum eorum, qui iam pro moraliter impossibili habent, & de illa plane desperant. §. III. Tertium eorum, qui docent, rem esse quidem valde difficultem, sed tamen non desperatam. §. IV. Necesitas & utilitas tractationis historice de emendatione *Justitiae* hacenus tentata vel commendata. §. V. Novem variationes Ordinationum Cameralium intra 60. annos. §. VI. Testamentum D. Melchioris ab Offa. §. VII. Consultationes Constitutionum Saxoniarum. §. VIII. Nicolai Vigelii instrutorum Judicium. §. IX. Ejusdem consultatio alia de litibus abbreviandis. §. X. Petri Friderici Mindari consilium de emendatione Camere. §. XI. Hermanni Esiae Rosacorbi consultatio. §. XII. Consilium Antonii Fabri. §. XIII. Georgii Obrechtii Consilium. §. XIV. Autoris Anonymi Discursus Germanicus. §. XV. Emendationes varie in Gallia tentata. §. XVI. Georgii Valentini Winter Parthenius litigiosus. §. XVII. Octavii Pisani Lycurgus Italicus. §. XVIII. Barclaji consilium de emendanda *Justitia*. §. XIX. Forstneri monita. §. XX. Lampadii discursus de morbis & cura Camere. §. XXI. Emendatio in Imperio per recessum anni 1654. tentata. §. XXII. Stephani Nabenii *Justitia* vulnerata & curata. §. XXIII. Nova constitutiones & Decimationes Saxonicae. §. XXIV. Hermanni Hoffmanni Scripta de Manorum moribus informatus. §. XXVI. Ejusdem Lycurgus Germanorum moribus. §. XXVII. Leibnizii scripta de

¶

emendanda *Jurisprudencia*. §. XXVIII. Veridici a *Iustiniano*
scriptum. §. XXIX. *Iustini Nomici de incertitudine juris tollenda*.
§. XXX. *Philippi Burchardi de hodiernae Iurisprudentie novis
& remediis*. §. XXXI. *Andreae von Mandelstoh de postergata
justitia*. §. XXXII. *J. H. Bergeri Electa Disceptationum fo-
rensum secundum ordinationem processus judicarii*. §. XXXIII.
G. P. Hönnis consilium de abbreviando processu cum censura
Strykii. §. XXXIV. *I. G. Doebleri meditationes de emendatione*
administrationis justitiae. §. XXXV. *I. P. Ludewig de emn-
danda Germania Iurisprudencia*. §. XXXVI. *Bernardii Klep-
perbeins remedia*. §. XXXVII. *Scriptoris Galli consilium*.
§. XXXVIII. *Plures Autores buc pertinentes*. §. XXXIX.
*Nova argumenta eorum, qui statuunt, emendationes esse faciliem
& facile sperandam*. §. XL. *Item eorum, qui docent, eas
esse impossibilem*. §. XLI. *Denique eorum, qui docent, eas esse*
falem valde difficultem. §. XLII. *Quorum sententia etiam arri-
pitur, & distinctius proponitur*. §. XLIII.



COROLLARIA.

I.

Jure Gentium & moribus Germanorum omnes contractus regulariter sunt consensuales, cum ibi ex nudo pacto oriatur obligatio.

II.

Hinc etiam Actionis constitutæ pecuniae in foris Germanorum nullus est usus.

III.

Actione quod jussu præsupponebat casum, ubi ius-
fus Patris vel Domini ad tertium contrahentem di-
rectus erat, non (ut communiter Dd.) ad filium fami-
liam, aut servum. L. 1. §. 1. ff. h. t. & §. 1. J. Quod cum eo,
qui in alien. pot. N. O. L. 5. pr. ff. eod.

IV.

Qui ad faciendum obligatus est, non liberatur
præstando interesse.

V.

Dispositio L. 2. C. de resc. vendit. ad minimum
hodie non observatur.

VI.

Ancilla Creditori oppignorata, partus postea du-
rante pignore editus Creditori etiam pignoris jure te-
netur. L. 1. C. de partu pignoris.

VII.

CO[•] R[•] O[•] B[•] O[•] V[•] R[•] A[•]

VII.

Clericus foro suo, etiam si iurato, renunciare non potest. c. 12. X. de foro competit.

VIII.

Patria potestas secundum Jus Nat. nihil amplius infert, quam jus actiones liberorum, mediante imperio, tamdiu dirigendi, quamdiu ipsis easdem rite dirigere nesciunt.

IX.

Eadem potestas de J. N. etiam matri competit.

X.

Eunuchis de J. N. matrimonium inire non licet.

XI.

Ut matrimonium praecise ad dies vitae ineatur, Jure Nat. quidem generaliter praecepsum non est; regulariter tamen ut ita ineatur, suadet finis matrimonii cum brevitate vitae collatus.

XII.

Usuræ usurarum de Jure Nat. indistincte non sunt prohibitæ.

AS CO CS



DISSERTATIO INAUGURALIS
EMENDATIONEM ADMINI-
STRATIONIS JUSTITIAE NEQUE FACILEM,
NEQUE IMPOSSIBILEM, VALDE TAMEN
DIFFICILEM. ESSE ET CAUTE-
SUSCIPENDAM.



Ullum est dubium, De emenda-
Rempublicam illam maximo la-
tione tardio-
borare morbo, ubi justitia civibus ris admini-
vel plane non, vel tardissime & frationis ju-
tardissime, aut cum impensis, fru-
stitia in plu-
etus redditæ justitiae vel æquanti-
bus vel superantibus, administratur; nia aulis
neque dubium est, iustitiam non posse non male admini-
strari, ubi sunt plurimæ vel infinitæ exque variantes, non Principes &
ministrari sunt cohærentes, & sibi contradicentes leges, ubi judex, et si ve- sollicitus
lit, non potest nisi tardissime causas partium litigantium
cognoscere, & sententiam defuper ferre; ubi deficit ac fru-
stra tentatur executio. Talem vero Rempublicam esse non
solum Germaniam, sed & Italiam, Galliam, & alia forte

A

Regna

Regna Europæ, jam ultra seculum agnoverunt cives universi, consilia curandi hujus morbi varia dederunt eruditæ, potissimum Icti; remedia, & ipsa varia, adhibuerunt illi, quibus administratio Reipublicæ est commissa. Sed frustra haec tenus, in tantum, ut ex illo tempore tarditas & tardio-sitas processuum quotidie magis magisque creverit, & ad-hucdum crescat. Non tamen desinunt, sed potius per au-gmentum mali & incrementum ad majorem curam & diligen-tiam excitati, cum majore fervore consilia emendandæ iustitiae dare pergunt Icti, & jam per multos annos, non solum in Aula Imperatoria, sed etiam in Aula Regia, & in vicina Electorali Saxonica, & forte in aliis etiam Germanicæ provinciis, magnis cum impensis, laborant viri non solum in studio Jurisprudentiæ celeberrimi, sed & longo rerum usu & Politica experientia excellentissimi. Et tamen, nescio quo fato, votis omnium & multis gemitibus ac suspiriis o-ptata illa morbi capitalis medicina nondum appetet, & multi dubitant, an mox apparitura sit; an ista nova reme-dia meliores progressus in expellendo morbo isto sint ha-bitura, quam quæ haec tenus per seculum & ultra fuere ad-hibita.

§. II.

Triplicia ea *Ista ergo emendatio dum expectatur, liceat pro li-de rejudicia, bertate Academica examinare questionem præliminarem, Unum eo- cui ansam dederunt triplicia de tentata hac emendatione rum, qui fa- iustitiae judicia. Nimirum inter illos non solum, qui sibi cilem & fa-persuadent, quod & eruditio & longa rerum experien-cie spen-tia fint prædicti, sed &, qui divino quadam zelo se credunt dam bane e- esse afflatis, sunt plurimi, qui credunt, nihil facilius esse mendatio-nem credunt. Politici, principiis doctrinæ Machiavellicæ imbuti, fraudu-lenta simulatione, quasi emendationem istam promovere cuperent, infinitis technis ejus progressum non impedirent. Regulas cognoscendi differentias justi & injusti, & iustiti-am administrandi litigantibus, esse paucas ac simplices, non solum*

solum a quovis, etiam minus erudito facile vel ex dictamine recte rationis cognoscendas, vel ex sacris literis repetendas. Promtam ac celerem administrationem Iustitiae non solum apud Graecos pariter & Latinos fuisse observatam, sed etiam apud Germanos tam antiquioribus temporibus, quam diu post, ultra seculum duodecimum post Christum natum, in usu fuisse. Prolixitatem & protractionem litium demum interregni temporibus ortam esse: Plurima a plurimis JCTis, Politicis, Consiliariis Principum, Doctoribus, Professoribus, Advocatis, consilia emendandi processum jam centies fuisse suppeditata, quorum evidentia & habilitas ad curandum hunc Reipublicae morbum ab omnibus cuiusconque conditionis ac generis hominibus tantum non palpari possit. Sed displicere ea his qui eadem deberentia praxim introducere, & loco horum suppeditari alia morbum non lenientia sed aggravantia. Neque causas hujus impedimenti esse cogniti difficiles, communem videlicet & ubique regnantem avaritiam & ambitionem, sub aequitatis & iustitiae larvis incautos decipientem. Prætexi videlicet occultandæ iustitiae, ante omnia bonum principem operam dare debere, ne sub specie promte administranda iustitiae subditi sui bonis suis injuste spolientur. Nimiam præcipiantiam non nisi injuntas sententias producere: Festinandum lente: Audiendum etiam, & quidem sufficienter audiendam esse alteram partem. Quemlibet enim præsumi bonum, & beatos esse possidentes. His prætextibus in sumum commodum uti potentes in Republica, tarditatem vero processuum inde oriundam nocere solis pauperibus. Ut enim, juxta commune proverbium, in genere leges in Rebus publicis morbidis sunt instar retium ex filiis aranearum contextorum; ita subditum potentem, si iesus sit, strenue abuti ordinationibus processuum communiter receptis, & argumento ex communi natura humana defumto se excusare, reorum esse fugere; contra si actoris partes sustineat homo dives ac potens, tardiositatem communem processus ipsi

non nocere, cum facile possit per potentiam suam sibi ipsi
jus dicere, & adeo ex auctore reus fieri, aut, si nec hoc com-
mode fieri possit, non difficile ipsi esse, quin aut judicem
corrumperat, aut certe advocatum adversae partis; quodsi o-
mnia deficiant, restare supplicationes, & fautores ex Prin-
cipum comitibus, qui non defuturi sint, quin sub varia ju-
sti specie his persuadeant, ut contra receptum communiter
ordinem in iudicio procedendi, vel judici mandent, ut in-
specta brevissime sola facti veritate omnes ambages reo pro-
scindat, vel etiam acta a judge inferiore sub allegatione de-
negatae justitiae avocent, & vi potestatis sua extraordinarie
per sententiam aliquid de jure aliquid de facto continen-
tem, [durch einen Macht-Spruch] reum condemnent.
Accedere commune interesse Advocatorum, sub majori ju-
stitia specie partes pecunia emungentium, quamdiu radio-
sitas processus per novas ordinationes non praescinditur.
Ex advocatis fieri judges, imo & Consiliarios Principum,
utrosque sociorum pristinorum partes strenue tuentes, in-
primis cum & Judices facile prævideant, sportulas (sportu-
las, inquam, dulce nomen & idolum Judicium & Actuario-
rum) valde diminutum iri, si prompta justitia administra-
tio introduceretur; Consiliarios autem, etiam si non sint ju-
dices, statim olsacere, non parum damni & potentia eorum
& rei familiari illatum iri, si partes alias per quotidiana-
praxin communiter receptam gravatae, emendata praxi eo-
rum patrocinio & intercessione non amplius habeant opus.
Tandem ipsos etiam Principes, etiam si de emendando hoc
gravi morbo serio sint solliciti, & ad abbreviationem pro-
cessuum sincere intenti, facilissime posse decipi, cum ipsi da-
mnnum quidem ex protractione justitia ortum probe intel-
ligant & sentiant, sed tamen medelam a Consiliariis suis
expectando, ab his initio annuentibus, deinde moras & di-
lationes querentibus, denique emendationes novas, vel
loco fructus sperati novas & hactenus incognitas litiis
protractiones producentibus, vel non practicabiles differen-
tibus,

tibus, insensibiliter decipi, aut alio modo ab optima intentione diverti. Videlicet omnes amare augmenta potentia & autoritatis suæ; Principes vero omnium maxime irritari per varias easque infinitas illecebras, ut desiderent, & valde quidem, acquisitionem absoluta potestatis. Ad hanc autem partim consequendam, partim conservandam multum conducere cautiones, ut subditæ, communi consensu ad impedientiam principis absolutam potestatem inclinantes. (juxta vulgatum dictum: *divide & impera*) inter se dividantur; porro divisionem istam facillime procurari per juris incertitudinem & prolixitatem processuum judicialium. Sed his tam non obstantibus sperandum esse, ut fraudes illas potentum haec tenus diu desideratam justitiae emendationem impeditientes divina providentia post breve temporis spatium, specialis & extraordinaria divina gratia, excitato Principe aliquo, consilia pravorum & Machiavellistarum spernente, sit facilmente destruētura. Tali vero Principi nihil amplius opus esse, quam ut a fido aliquo ministro, etiam non defuturo, vel nova ordinatio celeris processus ex autoribus plurimis, multa egregia subsidia præbentibus colligatur, aut etiam, si fidus iste minister forte studiis non dederit operam, saltem abrogando singula capita, qua haec tenus causa protracta iustitiae fuerunt, & contraria præcipiendo, & breve tempus finiendarum litium judicibus determinando, (quod vel intra biennii spatium fieri possit) ex proprio ingenio concipiatur, & ut postea Princeps, rejectis omnibus aliorum querelis & objectionibus strenue eam exequatur, ac contra facientes gravissime puniat. Ut vero technæ potentum eo facilius eludantur, id potissimum operam dandam esse Principi, ut non multum rationi hic tribuat, sed rejecta ratione, utpote corrupta, negotium in fide suscipiat, ac quotidie illud aureum dictum pre oculis habeat;

Fidentem nescit deseruisse Deus.

§. III.

Alterum co- Contra alii, nec ipsi quidem pauci, et si numero præ-
rum, qui eam cedentibus minores, in alia omnia abeunt, non quidem,
pro moraliter ita ut præcedens classis, publice sententiam suam profiten-
impossibili tes, sed tamen dum inter amicos se esse putant, & sic cor-
habent, & datius se sensa animi sui sincera eloqui posse arbitrantur, id
de illa plane nequaquam disimulantes, quod firmiter sibi persuaserint,
desperant. tantum abesse, ut facilis & facile speranda sit emendatio
 administrationis justitiae, ut potius de ea plane sit desperandum,
 tanquam de re moraliter impossibili. Nimis, inqui-
 unt, inveterata est illa communis corruptio justitiae admini-
 strandæ; si principiis decentia remedia in tempore fuis-
 sent opposita, forte spes esset reconvalescentia. Jam ex
 morbo altera natura facta, quam et si furca expellas, semper
 tamen recurret. Vel ipsi qui hanc curam haec tenus ultra
 seculum suscepérunt Principes, & qui consilia scripsérunt
 JCti, & quorum tamen conatus omnis haec tenus fuit fru-
 straneus, impossibilitatem medicinæ hujus palpandam tra-
 dunt. Et nulla subest ratio, cur hoc tempore, quo mor-
 bus ille vel decuplo gravior est, quam fuit ante seculum &
 ultra, majorem spem felicioris successus quispiam, qui saltem
 integræ mentis compos est, suscipere debeat. Argumenta
 dissentientium maximi quidem ponderis videntur plebi, &
 iis qui ex honorariis prejudicio autoritatis ad superstitionem
 usque sunt infecti, at si paulo distinctius ea exami-
 nes, mox apparebit, eadem nullius plane esse momenti.
 Falsissimum enim est, quod soli potentes impedian emen-
 dationem istam, cum quotidiana experientia, & plurima
 ad Collegia Juridica transmissa Acta, testentur, etiam pau-
 perimos, five Rei sint, five Actores, finem litium, abu-
 tendo ordinationibus processualibus, omni modo impedire
 & protrahere, neque Advocatis eorum semper id imputari
 potest, sed clarissima vestigia pertinaciæ vel malitiæ ipsis
 partibus adscribendæ ex actis apparent, potissimum intuitu
 eorum, qui, ut juribus pauperum utantur, obtinuerunt, in-
 pri-

primis si Actores sint, ubi Advocatorum interesse pecuniarium prope nullum est. Porro antiqua satis calunnia est, quod Politicorum nomen male audiat, & quod, si eorum, qui contra monitum Doctoris sui se omnibus civilibus negotiis immissent, sputa lingere & absurdissimas saepe doctrinas exosculari detrectent, vel Machiavellitæ, vel a quibusdam, Zelo adhuc imprudentiore, farentibus hypocritis ac Pharisæis, Atheistæ vocentur. Regula vivendi & justitiam administrandi quidem planæ ac simplices sunt, sed emendatio corruptæ administrationis justitia nequaquam ita simplex & perspicua est. Quod olim in Gracia, in Latio, in Germania promta administratio justitiae obtinuerit, nequaquam probat, iterum eam felicitatem obtineri posse. *Fuimus Troes! Fuit Ilium & ingens gloria Dardania!* Consilia illa plurima Doctorum emendandi justitiam tantopere jactata, tantum abest, ut evidenter sint & palpabilia, ut potius, si quis favore & odio vacuus de illis judicare velit, ita de iis dicendum sit, ea esse partim noxia, partim non practicabilia, partim sibi invicem directo contradictientia. Autorum ipsorum alii quidem optimam intentionem gesserunt, & pro statu illorum temporum non ineruditæ & absque judicio scripserunt; sed præjudicio communi, ac si omnia mala reipublicæ statim per leges contrarias tolli possint, seducti, non senserunt, consilia ista, quæ suppeditant, non posse in praxin deduci: Alii Reipublica Platonicae idea seducti suavia somnia scripserunt: Alii originem & causas veras mali ignorantibus, venena, quamvis absque dolo, & optima fide, pro medicina suppeditarunt; Alii plagiū literariorum committendo, ex triginta consilis aliorum conscripserunt trigesimum primum; Alii in singulis lineis monstrant, quod vel judicio, vel ingenio, vel utroque careant; Alii denique magna volumina conscribillando, aut negorium methodo metaphysica per quatuor causas enucleando, ac monita, doctrinas, adhortationes, regulas practicas, digressiones impertinentes, testimonia græca, latina, germanica ac aliarum linguarum,

ruini, & hanc non miscendo, plus quam legalisticam ollę patridam exhibent, sed solis legulejorum, hodie (apud Protestantes potissimum), non amplius omnipotentium, stomachis & palatis aptam, contra apud plures exactiori iudicio pollentes maximam nauseam excitantem. Quod vero dissentientes causam haec tenus cum effectu non emenda*t*a justitiae adscribant soli malitia humana, & quod contra propriam conscientiam ex proœresi liberrima impediant consilia salutaria emendandæ justitiae, in eo satis sensibili*t*e profertur, quod genuinam hominum naturam & es*t*entiam ignorent. Scilicet ex hominibus plerique, cujuscunque conditionis & status, sibi persuadent, dum virtuose & iuste agunt, se juste & virtuose, aut saltem non vitiœ agere, mulii ex habitualiter vitiis optant, ut aliter agere possint, sed astretudine, tanquam altera natura, & irritamentis aliorum, quasi inviti abripiuntur. Sed cito, solam malitiam humanam & voluntatis vitiæ impedire promtam justitiae administrationem, ipsi dissentientes late se difundunt, ut doceant, omnes potentes, sive Reges, Princes, Consiliarios, Judices, Advocatos, Partes, affectibus variis impediti, ne emendationem illam serio optent, nos vero mox ab initio probavimus, eodem vito laborare etiam non potentes, viles, pauperes. Ergo totus populus morbo hoc affectus est, ut prontam iustitiae administrationem serio & cum effectu non optet. Quis ergo hic Medicus erit, quis patienti subiecto, quod hic est tota Respublica, & singula ejus membra, persuadebit, ut medicina, etiam si optima & maxime salutari, utatur, eamque in suos usus applicet. Fac etiam, caput, id est principem serio & conconstanter velle hanc medicinam corpori applicare; ipsi dissentientes concedunt, principem decipi a ministris, inania medicamenta loco genuinorum suppedantibus, quia videbile*t* ipsi principes inania a genuinis separare ipsi ignorant. Adde, quod & separasse vel inania vel certe valde incerta ac dubia remedia loco genuinorum ab iis, qui Jovem lapi-

dem

dem jurent, suam medicinam esse optimam, suppeditentur. Verum quidem est, quod sub falso praetextu aequitatis, & ne quis injusti quid per nimis precipitatam iustitiam patitur, prolixitas hodierna processus in mores introducta fuerit, sed, dum in multis consiliis de emendanda hac prolixitate fere precepta contraria moribus receptis cumulantur, evidens est, quod consilientes ruant in alterum extreum, tantum non omnia relinquendo judicum arbitrio, qui hoc pacto occasionem nanciscuntur, non satis auditis partibus Reorum, (vel etiam Auctorum, quando Rei exceptionibus utuntur,) sententias non pronunciandi, sed violento & precipitato motu evomendi. Imo quid verbis opus? Eo ipso, quo dissentientes ad extraordinarium concursum divinum & miraculosum recurrunt, & permutationem rationis cum fide svadent, satis aperte farentur, quod emendatio sit res moraliter impossibilis, id est, ultra vires rationis. Quod erat demonstrandum.

§. IV.

Accedit precedentibus tertia classis, paucorum qui-
dem, & qui nec ipsis facile sententiam suam, ob metum po-
tentia utriusque classis precedentis, publice proponere au-
dient, sed qui tamen nec ipsis rationibus destituti esse viden-
tutur. Initio docent, rem non ita facilem esse emendatio-
nem iustitiae, ut prima classis parabat, id quod vel ex ea, sed tamen
quam ipsis de corrupta voluntate totius populi proposuerunt, non despen-
querela patet. Non sufficit ad facilitatem curandi mor-
bum, ut medicina sit apta ad morbum tollendum, si agro-
tans laboret nausea incorrigibili, vel non nisi difficillime cor-
rigibili, qua impediat, ut medicina ipsis applicari non pos-
sit. Certe conditionalis saltem esset ista medicina facilitas,
si scilicet agrotus ea uti posset; at conditionalis facilitas est
imaginaria, non realis. Deinde afferunt, argumenta po-
sterioris classis refutare quidem opime sententiam classis
prima, quod cura ista politica sit facilis, sed tamen pro-
pterea non probare, quod sit plane moraliter impossibilis,

cum id quod non est facile, difficile quidem omnino sit, sed propterea non statim impossibile & desperatum. Curam haec tenus a Principibus variis suscep tam haud dubie fuisse frustraneam, non quod desint media curandi, sed quod media non apta fuerint adhibita, morbum non pellentia sed augentia, ac porro etiam, quamdiu ista remedia continuantur, semper fore frustraneam. Quod autem consilia data & scripta attinet, imprudenter quidem asseri, facillima esse remedia ibi proposita, &, si non de omnibus, saltem de plerisque autoribus, veram esse censuram classis secundæ; interim nec id diffundendum esse, inesse tamen consiliis illis multa vera ac bona, quamvis malis mixta, & dare curas haec tenus tentatas & consilia data occasionem multam non solum cogitandi de causis & remedii veris morbi, sed etiam utraque inveniendi, aut certe manuducere istam historiam & lectionem ad inventionem, ac sine ea longe difficultorem eam esse futuram. Multum etiam contulisse ad infelices successus tentata haec tenus curationis, quod non circumspece sat isegerint & Politici & Doctores, sed quod rem considerint esse facilissimam. Propterea tamen non desistendum esse aut plane desperandum. Quin, et si forte consilia fuerint optima & salutaria, si pedetentim fuissent ægrotanti Reipublicæ applicata, sepius, si non semper, in causa fuisse precipitatam curæ applicationem, sine præcedente prudente præparatione. Quæ remedia sunt maxime proficia, si pedetentim iis adfuerint, aut in parva quantitate ea assumas, veneni instar nocere, si statim iis, vel in nimia quantitate, utaris. Ergo non desperandum esse, sed saltem negotium cum majore cura ac circumspectione, quam haec tenus factum est, esse suscipiendum. Miracula enim & concursum Dei extraordinarium expectare velle in re, quæ remotis prejudiciis non difficulter ex dictamine rectæ rationis deduci, & ad oculum demonstrari potest, esse tentationem nominis divini, ac plerumque indicium mentis extreme ægrotantis,

§. V.

§. V.

Jam quid nos ad ista? Quam sententiam ex his tribus feligemus? Nondum ullam. Neque enim adhucdum utilitas materialium & distinctum conceptum habemus de tota controvèrsia, quamdiu non paulo distinctius percepimus; quid socrice de e-hactenus ultra seculum circa emendationem iustitiae tentatione & quid consultum fuerit, cum ad consilia data & ei iustitiae emendatione tentatas provocent singula ex ipsis tribus judicis hactenus recensitis. Ne tamen hic prolixiores simus, tu vel com- quam par est, & quam permittit tempus ad disputationem mendata. Hanc destinatum, brevissimis, quantum fieri potest, rem expediemus, seriem temporis fecuti, non gentium aut regionum, ubi cura illa incepta vel consilia data sunt, & non se-parantes historiam emendationis ipsius ab historia consilio- rum, sed utramque conjugentes.

§. VI.

Notum est, post diuturnum illud interregnum in Germania sapis frustra tentatam esse introductionem pacis rationes or- publicæ, (des Land Friedens) cum Status conquererentur dinationum de non impartiali nec pronta iustitiae administratione. Tan- dem sub Maximiliano I. introducto cum consensu Statutum Regimento & judicio Camerali, ccepit pax publica cum ma-jori successu stabiliri. Sed tamen mirandum, qui factum fuerit, ut intra sexaginta annos, novem diversæ, correctæ, & auctiiores semper, ederentur Ordinationes Camerales. Postquam enim prima Anno 1495. Wormatiæ promulgata es-set, mox anno 1500. Augusta Vindelicorum alia, tum anno 1507. tertia Ratisbonæ, quarta iterum Wormatiæ anno 1521. quinta anno 1527. Spiræ, ubi & sexta anno 1531. confecta est, septima anno 1532. Ratisbonæ, anno 1533. octava ite-rum Spiræ, & tandem anno 1555. nona & omnium prolixissima in tres partes divisa Ordinatio Cameralis, prodierunt. Quamvis vero nondum satis distinctam cognitionem sup-pudent Historici Reip. Germanicæ qui hactenus prodierunt, quibus ex rationibus singulæ istæ emendationes suscep-tuerint,

fuerint, facile tamen ipsa toties intra tam breve temporis spatum repetita mutatio argumento est, emendationes tales non ita faciles esse, & jam illo tempore vel insufficientia vel inania plane media ad promovendam justitiam fuisse adhibita.

§. VII.

Tessanien. Magis mirandum, qui factum fuerit, ut ista ultima
tum D. Mel- Ordinatio Cameralis anni 1555. non sufficiens esse videretur
cboris ab Augusto Electori Saxonie ad justitiam promte administrandam.
Offe. Igitur eodem adhuc anno circa ejus finem consilia variorum Virorum Eruditorum de emendando Regimine in universum, & potissimum de sufficiente & prompta administratione justitiae expetiti. Extat adhuc in MSC. prolixum & duabus partibus constans Consilium anno 1555. conceputum, de quo, cum id in usum lectionum publicarum ad librum teritum Institutionum Lancelotti (qui de processu civili agit) cum notis suis edi curer Dn. Praeses, & jam idem sub praelo sudet, plura hic dicere nolo. Quantum ad sufficientem & promtam justitiae administrationem concernit, istius Viri consilia præcipue eo tendunt: Leges scriptas esse omnino conservandas & præferendas juri non scripto seu moribus, ne videlicet regentes pronuncient secundum arbitrium proprium. a) Unde cavendas esse erroneous aliorum opiniones, quod leges scripta secundum æquitatem sint temperande, cum ita æquitas sit plerunque cerebrina; b) quod leges scripta sint abrogandæ, & quod earum loco jus arbitriarium sit introducendum; cum ob abusum legum scriptarum non tollendus sit earum usus, sed potius abusus corrigitendus, c) quæ correctio in monarchia, tanquam optimæ Reipublicæ forma, commode fieri posit, si Princeps amet justitiam, & observet tria ejus præcepta, videlicet ut promoveat honorem Dei & veram religionem per introductionem veteris disciplina Ecclesiastica, & per serias Ministeriorum Ecclesiæ conciones pœnitentiales, denique per

a) Part. I. §. 3.
seq.

b) §. 9. 10.

c) §. II. 12.

d) §. 13. ad
seq.

consensum doctrinalem Theologorum & Pastorum; d) deinde

inde ut ipse decenter & virtuose vivat, scilicet prudenter,
temperanter, cavendo voluptatem, avaritiam, ambitio-
nem; e) ut domum & familiam suam sapienter regat, in-
tuitu societatis conjugalis, vivendo caste, & cavendo nu-
ptias incestuosas, f) intuitu societatis paterna, bene edu-
cando liberos, & caute feligendo eorum praecceptores, qui
non solum in pietate sed & in genuina Politica eos infor-
ment, g) porro intuitu societatis herilis, studendo pru-
denter & juste acquisitioni & dispensationi bonorum, ubi
varia autor suppeditat consilia Cameralia; h) & conser-
vando in Aula disciplinam intuitu ministrorum & famulo-
rum; i) denique ita regendo subditos, ut ipsum ament, & i) §. 59. ad 63.
ut eorum res familiaris in statu florente conseretur. k) Qua k) §. 64. 65.
occasione Autor fuisus agit de Principis virtutibus politicis,
i. e. regendi subditos, scilicet de Pietate, de facilitate ut
subditos ipse audiat, de suppressione prudente affectuum,
de circumspectione in promittendo, & constantia in servan-
do promissa, de audienda & altera parte, de tuendis subdi-
tis adversus latrones & injustos magistratus inferiores, item
contra praepositos rei venatoria & forestalia; de mansueru-
dine erga quoscunque, etiam exteros & inimicos, & vitan-
da crudelitate, potissimum militari; de cavenda avaritia &
prodigalitate; de fortitudine heroica & magnanimitate.
l) Maxime vero ad prudentiam Politicam Principis perti- l) §. 66 ad 92
nere cautum & circumspectum selectum consiliariorum &
ministrorum, quem plerumque impediunt mala educatio
juventutis, etiam in Academiis; omissa admissio juniorum
ad consilia senum; frequens & precipitata mutatio mini-
strorum. m) Ubi varia monita tradit de sufficiente nume- m) §. 93 ad 96.
ro consiliariorum aulicorum, de qualitate consiliariorum in-
timorum & cavendo ministrissimo, de cavenda ministrorum
consanguinitate & affinitate, seditione ambitione, doropha-
gia, infamia, adulatio, copia Secretariorum, de caute fel-
ligendo Praefide justitia, de cavenda Principi singularitate
& nausea audiendi consiliarios, de cautelis in feligendis Prx-

fectis provinciarum & districtuum, item Scultetorum; de
 ministrorum pietate, fidei diligentia, mansuetudine & ju-
 stitia. n) Hactenus dicta postea Autor applicat in specie ad
 Provincias, Academias, & judicia Electoris Augusti, potis-
 simum ad Academiam & judicia Lipsiensia. Ad nostrum
 scopum potissimum pertinet; quod commendet, ut JCTi se-
 cundum mores Italicos debeant magistraliter legere, rele-
 gata ex Academis methodo legendi ab Humanistis intro-
 ducta: o) quod inter defectus administrationis iustitiae nu-
 meret admissionem unius hominis ad sessionem simultane-
 am in diversis judiciis; quod judiciorum assessores simul
 sint advocati; quod officia non secundum merita, sed
 favorem distribuantur; quod sententia nimis festinanter
 concipientur, partim quia concipientes pluribus officiis sunt
 adstricti, partim quia in quibusdam judiciis saltem certis
 anni temporibus judices, & quidem nimis angusto tempo-
 ris spatio convenient, partim denique quia judices non suf-
 ficienter causas cum suis circumstantiis ponderant, sed in-
 genio suo fidentes, nimis precipites sunt in judicando; quod
 prolixitas processuum infinita damna pariat; quod ista pro-
 lixitas partim oriatur ex multis abusibus judicum quorum
 p) d. Part. 2.
 cap. 15. per remedia varia suppeditat, p) partim ex malitia & ignoran-
 tia advocatorum ac procuratorum & illorum multitudine,
 q) ibid. cap. 16. cuius mali etiam medicinam variam consulit, q) scilicet
 int. & c. 17. prohibitionem prolixitatis in positionibus; r) curam feriam
 §. 3. tentandæ conciliationis inter partes; s) sufficientis spatii in
 w) d. c. 17. §. 5. citationibus, & discussionem omnium exceptionum dilato-
 s) ibid. §. 6. riarum, & litis ingressum impedientium, t) præstationem
 t) ibid. §. 7. juramenti calumnia ab ipsis partibus, u) promptam senten-
 u) §. 8. tiarum executionem, x) propositionem non in scriptis, sed
 x) ib. §. 16. viva voce (von Mumb aus in die Feder) esse faciendam y)
 y) c. 19. §. 1. sub pena præclusi, si singulæ positiones debito tempore non
 sint in calamum dictatae, item ne in ultima positione quid
 novi proponatur, z) denique publicationem novæ ordina-
 z) ibid. §. 3. tionis processualis; a) timendum tamen esse valde, ne opti-
 a) ibid. §. 1. ma
 §. 6.

ma ejusmodi consilia impedianter per homines avaritiae detinuntur. In criminalibus causis monet, emendandos esse abusus torturæ, & crudelium carcerum b) &c. b) c. 20. §. 5.
6. 7.

§. VIII.

Idem Elector Augustus maxime sollicitus de incertitudine juris tollenda, cum condere insitueret Constitutiones ex- teris quoque gentibus posita commendatas, precepit Collegiis JCTO- rum Saxonum, ut in commune consulerent, & sententias juris dis- dicantur inter se conferrent. Quod quidem insitutum tam feliciter cessit, ut causam dederit Consultationibus, que vocantur, Saxo- nicas que anno 1572, exhibite Electori Constitutiones eodem di- vulgatas anno, maximam partem, efficerunt. c) Plures circumstantias ad historiam harum consultationum perffinentes in- venientes apud Danielem Mollerum. d) Ipsæ consultationes an- tequam publicarentur, mysterii loco habita sunt, e) postpu- d) in com- mentum ad præ- fationem, Francofurti, anno 1599. & 1608, in tribus To- mis factam, non parum perdiderunt de valore pristino, uti communiter fieri consuevit, si que haec tenus arcana fuerunt, publici juris fiant.

§. IX.

Anno 1581. prodiit Francofurti in idiomate Germanico secunda editio instructiorii judicum, Germanice, Nicho- gelii Vigeli, JCTi ex aliis scriptis juridicis no- rissimi. Summa præfationis eo tendit; incertitudinem ju- ris, & præcipue neglectum juris Justinianei esse causam pe- ne omnium malorum, Imperium Romano-Germanicum af- ficientium, in primis autem potentia Imperii Turcici, & de- crementi Imperii Constantinopolitanæ & Romani, & quod non multum absuerit, quin Clerus ac Monachi, sup- presso per Jus Canonicum jure Justinianeo, acquisiverint imperium Romanum. Neque post reformationem rem fu-isse ad meliorem statum perductam, postquam loco JCTO- rum Oratores populo syadeant, non sine applaufo, judicem non esse adstrictum ad jusscriptum Romanum, sed eum po- tissimum æquitatem sequi debere, ipsi vero jus pro lübitu dispu-

e) sunt verbæ
Dn. Bergeriu
præfat ad Ele-
menta
cha discept.
forens.
f) in com-
mentum ad præ-
fationem, con-
sistent.
e) Typogr. in
alloc. ad le-
ctor.

disputationibus suis explicando, maximam juris incertitudinem introducant. Oratores exemplo Demosthenis & Ciceronis semper nocuisse Reipublicæ, atque adeo non sine ratione in Imperio Turcico, & olim etiam aliquando in Romano, Oratoriæ artem fuisse prohibitam. Comparandos esse Oratores ejusmodi medicastris (den Theriacs-Krahmern) rusticos & alios de plebe decipientibus, JCtos genuinos, Pharmacopolis genuinis. Ignorare Oratores genuina iudicandi principia, in eo consentientia, quod in omni causa disceptatione totum negotium redigendum sit ad argumentum seu Syllogismum; ad quod non nisi negando vel distinguendo respondendum sit; & quod judex probe cognoscere debat duplicem statum officii sui, in quo videlicet id consitiat, ubi de jure, & ubi defacto controversia est. Inter Oratores & JCtos esse eandem differentiam, qua est inter Patronos causarum & judices; Oratores omnia disputando confundere, & in causa esse, ut processus pessim ultra decennium, vel vicennium protrahi; JCtos operam dare, ut lites finiantur. Ipsum scriptum continet duplicem judicis instructionem paucis & perspicuis regulis constantem, & variis exemplis selectis illustratam, unam, quid attendendum sit judici intuitu litis contestationis, alteram intuitu probationis, utrobique tam intuitu juris quam facti controversi, qua omnia potissimum ex regulis Logicis seu Dialetticis deducuntur & applicantur. Adiectus est huic secunda editioni Dialogus inter Oratorem & Jctum super hoc autoris scripto, in quo Autor salse & cordate respondet Advocatorum censuris & objectionibus adversus istum libellum suum, & inter alia notat, Oratores ab Academicis, JCtos a Stoicis ortum ducere; oratoribus deberi, quodiam illo tempore, religio, ius, Medicina, Dialettica & aliæ artes liberales incertæ redditæ & in dubium vocata fuerint;

f) p. 161. f) libellum articulatum & multitudinem articulorum in li-

g) p. 182, seq. bello & in exceptionibus esse causam proractionis litium,

h) p. 188. g) idem dicendum, de litis contestatione generali; h) Ora-

tores

tores illorum temporum maxime fuisse exoslos Nobilibus; i) p. 194
jam illo tempore processus durasse 20. 30. & plurē annos,
& in singulis conventibus imperii fuisse deliberatum sed fru-
stra de hujus mali emendatione; k) faciliorem esse emen- l) p. 197.
dationem religionis quam jurisprudentia, cum Principes fa-
cile possint carere Clero & Monachis, minime vero Orato-
ribus. l) In Hungaria, quamdiu in judiciis jus quidem Ro- l) p. 198.
manum, sed absque Glossatorum allegatione, in usu fuerit,
causarum dijudicationes fuisse faciles, quam primum autem
Matthias, Rex Hungariae, ducta in matrimonium filia Re-
gis Neapolitani JCTos in Glossis eruditos attulerit, & eorum
ductu processum in formam artis redegerit, leges in infini-
tum fuisse multiplicatas & auctas, ut tandem Rex coactus
fuerit antiquum modum procedendi introducere. m) m) p. 199.

Idem Nicolaus Vigelius consultationem de abbrevi- Ejusdem
andis litibus & ratione judicandi de causa forensibus edi- Consultatio
dit, eamque Methodo Juris Civilis adjunxit, unde eam de ab- alia de ab-
scripsit Paulus Matthias Wehnerus. n) Conscripta est vero breviandis
similiter a Vigelio post annum 1586. cum in mea editione litibus.
methodi Juris Civilis illo anno edita non inveniatur. Con- n) in Obser-
queritur ibi Vigelius, quod in scribendis cautelis & libel- vat. voce Ju-
lorum formulis occupentur, & ita Advocatos ac Procurato- tiz-Wesen.
res instruant omnes, judicem nemo, qui ab Advocatis nunc
in hanc nunc in illam sententiam raptus nesciat, quando
disputationes in causa permittendā sint, quando contrain-
hibendā, adeoque xp̄ius dilationes ex levissima causa det,
& ita inter advocatos & procuratores, ut asinus intersimias,
fedeat. Quare omnes judiciorum reformationes ad litium
diuturnitatem tollendam inutiles fore, nisi prius reforme-
tur judex. Triplicem judicandi rationem in usu esse.
Primam o) cum judex primo de actione, tum de exceptio- o) cap. 2; p.
ne inquirit, quæ actio vel exceptio sit intentata & propoli- 322. seq. ap.
ta; an ea de jure subsistat, vel actionem de jure excludat; Wehner,
denique an factum actionis vel exceptionis cum omnibus

circumstantiis & requisitis sit probatum. Hunc processum,
 quod adducto exemplo declarat, ob nimiam ejus prolixitatem,
 produxisse libellos articulatos, articulos defensionales,
 replicatorios, duplicatorios, triplicatorios; item respon-
 siones singulariter singulas, articulos additionales, addi-
 tionalium additionales, elisivos, elisivorum elisivos, probato-
 rios, reprobatorios, interrogatorios generales & speciales.
 Nasci etiam hinc litium incertitudinem & immortalitatem,
 ex immortalitate ingentem & immensam litium cumulatio-
 nem, (non, ut vulgo creditur, litium diutinuitatem ex ea-
 rum multitudine.) In secunda iudicandi ratione p) Judi-
 cem sibi proponere facti speciem ex actis hinc inde colle-
 etam secundum varias circumstantias, quis, quid, ubi &c.
 antecedentium item & consequentium, & de his omnibus
 & singulis iudicem non aliter ac Advocatum omnes cause
 angulos inquirere, & hinc motum quandam animi conci-
 perse, quo vel ad condemnandum vel ad absolvendum re-
 um commovereatur. Loco status controversia observare
 hanc questionem finitam: Utrum ex proposta causa con-
 demandans an absolvendus sit reus; quæstiones infinitas,
 quibus de genere universo queritur, parum attendere, sed
 potius manere in personis & temporibus in specie specia-
 lissima. Cum vero circumstantia sint varie & multiplices,
 & animus iudicis nunc in hanc, nunc in illam inclinet, tan-
 dem ex incerto quodam animi motu potius, quam ex vero
 eum pronunciare, & inde etiam alium iudicem aliter sole-
 re pronunciare. Ergo apud hos iudices maxime locum esse
 oratoriis virtutibus. Unde Vigilio hac iudicandi ratio qui-
 dem in extraordinariis causis, quarum ius magis ex arbitrio
 iudicis, quam ex autoritate legis pendet, videatur locum ha-
 bere, sed in ordinariis iudiciis ineptissima esse, quia omnes
 circumstantia pertineant ad inveniendum (scilicet genus
 actionis, exceptiones, replicationes, duplicationes, proba-
 tiones &c.) id est ad Advocatos, nequaquam vero ad Judi-
 cem, utpote qui de inventis & ab Advocate propositis iu-
 dicat

dicat, neque adeo illi opus est, ad circumstantias respicere,
 sed ad ea, quæ ex circumstantiis desumpta & ab Advocatis
 adducta sunt, eaque in argumentationum formas redigere
 & sic de iis iudicare. Ergo restare tertiam iudicandi ratio,
 nem q) cum videlicet index omisso primo (utpote infini- q) c. 4. p. 326.
 tas probationes exigente) & secundo modo, querat, in quo
 summa controversia, quæ probatione indigeat, consistat, &
 loco circumstantiarum respiciat ad ea, quæ ex circumstan-
 tiis producta sunt, uno verbo, ad statum causa, (quod et
 iam Quintilianus Oratori suo commendet). Igitur inspici-
 endum esse ante omnia, quam actionem instituerit actor,
 non quidem intuendo nomen, sed rem ipsam, hoc est, quid
 petitum fuerit, ex qua causa & quo iure, & hoc ob certius
 iudicium in formam Syllogisticam esse coniicienda, atque
 adeo videndum, utrum Reus vel maiorem, vel minorem ne-
 get, ut appareat, utrum controversia vel de jure vel de fa-
 cto sit. Quodsi reus non neget, sed exceptionem oppo-
 nendo distinguat, tum iudicem pergere ad replicam, ut ap-
 pareat, quid actor intuitu exceptionis neget, & ita porro,
 Nam quamdiu saltē partes distinguendo ad actionem vel
 exceptionem respondeant, nullum formari posse statum con-
 troversia, sed saltē, si aliquid vel intuitu actionis, vel ex-
 ceptionis, vel replicæ &c. negetur. Statu causa invento
 r) iudicem secundo loco probationes respicere, atrum vi- r) c. 5. p. 328.
 delicit probationes suscep̄ta sint necessaria, vel minus, &
 utrum probatum fuerit, quod probari debebat. Si in iure con-
 troversia consistat, considerare iudicem leges & rationes ad-
 ductas, & sequi leges, constitutiones & consuetudinem lo-
 ci in pronunciando, nec distinguere lege non distinguente,
 etiam si forte sua ratio aliud suadeat; erubescere iudicem,
 sine legē loqui, nec prudentiorem legē velle videri, except
 ptis causis extraordinariis, & in ordinariis, illo casu, si evi-
 dens & certis argumentis constans æquitas id suadeat. Si
 de facto ambigatur, tum recte iudicem sequi, quod sibi crea-
 bilius videtur; cum facti quidem quæsio, non vero au-
 tori-
 C 2

- 2) c. 6, p. 329, toritas iuris sit in arbitrio iudicis. Tum monstrat, 2) omnes
 controversias ad universi generis vim & naturam esse refe-
 rendas, h. e. non querendum esse e. g. Utrum Sempronius,
 cui de emis adibus dominii questio moveatur, Titio Acto-
 ri cautionem idoneam de praestanda evictione offerenti, pre-
 sumtum conventum solvere teneatur, nec ne, sed in genere,
 utrum emtor venditori, positis istis circumstantiis, ad id te-
 neatur. Quem in finem 2) melioris illustrationis & proba-
 2) lib. 2, de tionis gratia prolixum locum ex Cicerone 2) adducit, &
 Oratore, quod haec tercia judicandi ratio sit omnium compendiosissi-
 ma. 2) c. 8, p. 332, sima, ostendit. x) Tum pergit ad causas extraordinarias,
 2) c. 9, p. 332, 2) id est, eas, in quibus lex nihil certi definit, sed jus ju-
 dicis arbitrio definiendum committat, ut in criminibus ex-
 traordinariis, & causis omnibus ex officio iudicis depen-
 dentibus; & tunc ait, non sufficere illam judicandi ratio-
 nem tertiam, sed judicem debere considerare causam facti,
 personam, locum, tempus, qualitatem, quantitatem & e-
 ventum &c. Denique moneret, 2) etiam in ordinariis quan-
 doque causis licere iudici non adspicere statum causa & di-
 sputationes Advocatorum, sed ipsius causa circumstantias;
 Petri Frider. r2 Mindani videlicet, si actio vel exceptio ipso jure nulla sint &c. 2) 20
 consilium de emendatione §. XI. 2) 20
 Camere. Huic Nicolai Vigelli 2) consultationi subjicit Weh-
 nerus consilium Petri Frideri Mindani, excerptum ex hujus
 de quo vide plura in Frche. prafatione ad tractatum de processu Camerali extrahendo,
 ri Theatro & quem librum cum ad manus non habeam, non possum ac-
 Deckheni Vin. curate dicere, quo anno Mindanus scripsit, neque de eo
 dic. jur. Ca- haec tenus alibi praterquam apud Deckherrum 2) aliquid in-
 mer. p. 49. s. veni. Mindanus vero, praemissa brevi delineatione fato-
 culu juris Ca- rum juris Romanii ac Ictorum Romanorum subl. Augusti,
 merali, vindi. Hadriani, Alexandri, Constantini M., Caroli M., Ottonum
 eis ejusdem & Friderici I. temporibus, a) breviter etiam recenset Ca-
 praemissa, p. 58. meræ imperialis b) institutum, incrementum, constitutio-
 nes vel economiam ab anno 1495. usque ad annum 1570.
 2) ap. Wehner, p. 337. seq. 2) 20
 b) p. 340 s. 2) 20

Porro

Porro refert, multos conqueri c) de splendido, illustri &c) p. 343.l.
magnifico hoc Camerae Collegio, amplissimis sumtibus ma-
gnifice sustentato, & generali oppressorum refugio, quod
paucissimi verum solatum plenamque de lite victoriam de-
portent, & quod paucissima causa definitive & finaliter, ibi
expediantur, litibus integras litigantium x̄tates longe exce-
dentibus, cum etiam de formalibus appellationum super
fuso devolutionis puncto & similibus integro sepe vel de-
cennio, vicennio, vel tricennio disputetur. Hinc opera
pretium esse, causam hujus rei recte intelligere, intellectam
corriger, correctam de foro exterminare. Illud indubita-
tum esse, ab omni avaritia, fordinibus & corruptione pecu-
niaria Camerae Confistoriorum alienissimum, innocentissimum,
que esse, famæ & honoris periculo certissimo imminenter ei,
qui vel cum litigantibus colludere, sententiasque auro vel
vendere, vel supprimere ausit, & neque partes neque Pro-
curatores scire posse ex lege & ordinationis praescripto, qui-
nam ex assessoribus in causa sint relaturi, hinc fieri, ut et-
iam contra potentissimos æque liberrime pronuncietur, ac
contra inferiorem aut pauperiorem aliquem. Quinque ta-
men ab Autore numerantur causa immortalitatis litium.
Primam partibus litigantibus adscribendam esse, regulariter
ob pertinax vincendi studium, causam suam tot exceptioni-
bus, replicis, duplicitis &c. ornando, vera celando, falsa fugi-
gerendo, item protractentibus. Accedere *secundam*, nempe
Procuratorum & Advocatorum pervicaciam & malitiam, non
raro ostentandi ingenii causa gloriantium; nullam causam
tam bonam esse, quam pervertere & laxare, nullamque con-
tra tam pravam & desperatam, quam ornare & sustentare,
imo ad victoriam usque defendere non valeant; & notam
esse non paucis querelam Procuratoris cuiusdam, in agone
mortis sape iteratam: *O juramentum calunniae!* *Tertiam* cau-
sam esse tedium procedendi modum, etiam in Camera, ita
ut miseræ partes de immortalitate litium nihil vel parum re-
mitti querentur, omnibus quorundam facultatibus in pro-

cessum consumptis, quibusdam de jure suo etiam liquidissimo decadere potius cupientibus, quam in radiofissimam processum arenam condescendere. Neque emendatam esse istam radiofissitatem per nuperum 23. Nov. Anni 93. (unde constat, hoc consilium post annum 1593. sed verosimiliter adhuc durante seculo decimo sexto conscriptum fuisse,) commune decretum Statuum, utpote quod necessitatem non imponat litigantibus. *Quarum* causam esse causarum multitudinem, vel ideo non mirandam, quia in Imperio unicum saltēm præter Aulam Imperatoriam sit Judicium Camerale, cum contra Galliæ Regnum, etiam si dimidiam circiter Germaniam sui amplitudine adæquet, septem Parlamenta summae Tribunalia habeat. *Quinam* denique causam quārendam esse in ipsis judicibus. Multos enim admirari, qui fiat, ut post conclusionem in causa adhuc longiore periodo quam ante res indecisa nihilo minus hæreat. Quamvis enim multitudo litium & causarum referendarum hic adduci possit, & assessorum Cameræ diligentia assida in omnium oculos incurrit; tamen non esse etiam inauditum, interdum in referendis causis & ferendis sententis, precipue definitivis moram ex alia aliam trahi, excusationibus hinc inde conquisitis. Accedere, quod Assessoratus officium perpetuum non sit, multis ad hanc dignitatem quidem adspicantibus, sed eum saltēm in finem, ut ita dignitate & experientia aucti, majus postea apud vel Principem vel civitatem aliquam Imperii lucrum facere, maioresque loco esse possint, ut ita novis assessoribus minus exercitatis succedentibus multa causa inexpedita maneant. In aliis insuper judiciis in Imperio, judicium culpa & vitio reēte adscribi, quod in eadem saepè causa aliquot, iisque non paucis, decreatis lati, nihil tamen, quod ad rem ipsam faciat, decreuisse tandem videantur. Et sententias, quæ definitivæ esse debebant, ita non raro concepi, ut, et si pars publice Deo gratias agat, & finem se asecutam gaudeat, tamen adverfarii oppositionibus executio suspendatur, & judiciorum sancti-

sanctitas, justitiae & aequitatis divinitas prostituatur & illudatur. Hanc non solum de Germania, sed & de Gallia & aliarum nationum judiciis esse querelam. In Imperio autem nostro, cum sapientissima Camera tam quoad personas, quam processum sit ordinatio, huic malo facile subveniri posse, si modo causarum multitudo in duo adhuc summa Collegia Camera Spirensi paria divideretur, quorum alterum nullis qualibet sumptibus novis Rothwile constitui possit &c.

§. XII.

Sequitur apud Wehnerum d) consultatio de litibus Hermanni E-
abbreviatis ex prefatione Decisionum Hermanni Etsia Rosafac-
sorbi desunta. Quis Autor sit, dicere nequeo. Ignobi consulta
rat etiam Deckherrus, e) verumne hoc Scriptori nomen iro.
sit, an addititium, collocat tamen eum inter scriptores se. d) p. 347.
culi decimi sexti. Quicunque vel qualiscunquem Autor fuerit, e) dict. diss.
poterat Wehnerus illam consultationem omittere, cum p. 51.
ejus Autor impudentissimo plagio tantum non de verbo ad
verbum eam descripsiterit ex consultatione precedenti Fri-
derici Mindani, nisi quod hujus prolixiorum discursum in
pauciora verba contraxerit, & multa ibi dicta omiserit,
potissimum vero operam dederit, ut ulcera Camera corda-
tius paulo a Mindano notata, nequaquam tangerentur, un-
de causam tertiam protractionis litium, a Mindano proce-
dendi modo, & quintam ipsiis judicibus & assessoribus im-
putatam, siccō pede transfilit.

§. XIII. multos habens bonum Consilium Antonii Fa-

Pergo ad seculum decimum septimum, ubi primo lo- bri.
co occurrit Antonii Fabri consilium, Codici ejus (Anno 1605, f) ad lib. 9.
ut ex prefatione appetat, prima vice publicato) insertum, Cod. tit. 23. Ut
f) & a Wehnero etiam relatum. g) Putat Faber, lacrymis int. cert.
sanguineis deflendum esse, Christianam Rempublicam a temp. crim.
Sancto Spiritu edoctam, quod totius legis perfectio in Dei f. m. 1092, ad
proximique dilectione consistat, ea tamen laborare insania, 1098.
ut litium & criminalium & civilium diuturnitate & tedium, g) ibid. a. p.
tate 304. ad 321.

fate ipsa infelicissima reddatur, eaque miseria Paganorum infelicitati hac parte sit anteponenda, cum tamen nos Christiani Pagani ingeniosiores videri velimus, & simus. Nullam prope apud nos domum, nullam familiam esse, quam non lis aliqua continua perpetuoque motu exagit, etiam de re minima & prope nullius pretii. Tanti mali causam in procuratores, advocatos, judices, quod quidem a plebisque fieri soleat, non esse detorquendam, ne quod aliquorum singulare vitium est, in universi ordinis invidiam temere detorqueatur. Quoniam vero vix sperare liceat, remedio ullo unquam fieri posse, ut litium materia radicibus evellatur ex animis hominum, optandum saltem esse, ut litigandi forma possit excogitari, quæ vel repugnantibus litigatoribus, possit facere, ut spatiis temporum brevioribus lites concluderentur, exemplo Justiniani criminalibus bienni, civilibus trienni metas praestitutis. In criminalibus quidem non esse difficile assequi illud biennii spatium; at in civilibus rem esse difficiliorum, cum in his non tantum, ut in criminalibus, sit judicum arbitrium, neque spectandum esse, ut tale quid unquam obtineri possit, nisi supremorum Principium auctoritas opem ferat. Atque Senatum Sabaudicum, et si litigandi prescripto ritu, & singulis pene diebus variis Senatus consultis, pro emergentibus quotidie casibus huic malo obuiam ire voluerit, nihil tamen ob litigantium insaniam effecisse. Ipsum Fabrum obseruasse, tanti hujus mali esse causas omnino duas; Unam, quod litigandi consilium plerique suscipiant, quasi necessarium, qui, si ad transfigendum vel compromittendum aut iniurarent aduersarium, aut ab eo iniurarentur, facile negotium sine lite deciderent: Alteram, quod, qui litigant, siue actores sint, siue rei, sic item tractare solcant, quasi ad eos nihil pertineat, sed ad alia interim diuertentes negotia, post trimestre id faciant, quod primo ipso die, si vellet, praestare possent & deberent. His mali causis igitur duo remedia ante omnia constitui oportere. Primo, ut com-

compromissi & transactonis prius quam litis viam tentare litigatores jubeantur, quod in Gallia inter agnatos & cognatos districte observari jussum etiam inter ceteros & quibusdam esse, cum inter universos homines natura suam constituerit cognitionem, fides vero Christiana multo majorem inter Christianos; Deinde, ut litigantes de lite, statim atque mota sit, tanquam de re maxime seria & importuna cogitent. His duobus observatis, nullam litem tam longam esse, quam non tertio aut quarto, aut ad summum sexto mensē finitam audiremus. Judicūm fere omnium errorem esse, quod quasi misereantur litigatorum, tot dilatationes eis concedendo. Crudelem istam esse misericordiam, qua quemadmodum litigatoriibus favendo lites sovet, ita occasionem proverbio dedit: litigando ius acquiri; Dilatationes, quo plures sint & longiores, eo magis negligi. His fundamenti loco præmissis consilium dat Antonius Faber, quo pacto receptus ordo processualis emendari possit, ne processus ultra sex menses dureret, proponendo formulam ejusmodi ordinationis quadraginta articulis inclusam. Facile prævideri potest, quod ea potissimum in praescripto tentamine amicabilis compositionis, & abbreviando tempore alias in citationibus, responsionibus, exceptionibus, probationibus consuetu confusat, de qua adeo hoc loco non erit opus, ut prolixius differam, cum hæc dispeccio commodius alii occasio ni reservari possit.

§. XIV. 1606.

Anno 1606. edidit Georgius Obrechtus Argentorati *Georgii Obrechti Consilium Politicum & Camerale, recthi Consilii* quod esti primario ad augendum fiscum Principis directoriū. ^{b) Von Ver- besserung Land und Leute.} ^{i) tit. 9. p. 84, seq.}

etum sit, inter alia tamen suppediat etiam i) medium au-

D

aut

aut adhuc in praxin deduci posset. Nimirum vult, dictari debere a Principe certam mulctam (1) judicibus male iustitiam administrantibus, dona a partibus accipientibus, aut iis consilia dantibus, aut arcana judicii non tacentibus, aut processum vel sententias dolo malo protrahentibus: (2) Advocatis ignorantibus & per stupiditatem suam causas partium suarum corruptentibus, ineptam libellum formantibus, intempestive dilations petentibus, aut alio modo iurgia protrahentibus, verba injuriosa proferentibus, de quota litis pacientibus, in referendo excessus in actis commissos tacentibus; (3) Procuratoribus, qui annum honorarium a partibus exigunt, conprocuratoribus suis partes abalienant, adversariorum mandata suscipiunt, postquam partis alterius arcana expisciati fuerint; qui non parent sententiae meliorem legitimationem injungenti, aut defectuum legitimationis non tempestive objiciunt, qui sub sperati interim negotia partis agunt & intra proximam promissam legitimationem non proferunt, qui alios substituunt, aut se substitui patientur sine debita informatione de causa, qui libellum ineptum Advocato non remittunt, sed judici tradunt, qui alterum loquentem interrumpunt, verbis injuriosis pertinentur, aut scripta non subscribunt, qui scripta in judicio proponunt non correta nec legibilia, & in aliis ibi recentitis casibus: (4) Partibus in iisdem capitibus adversus ordinaciones processuum peccantibus. Quod actionem injuriarum in specie attinet, consulti (5) ut actor proponendo actionem statim certam pecunia summam in judicio deponat restituendam ipsi a Reo, si vineat, sed in pœnam temerarii litigii, salvis reliquis pœnis, in judicio relinquendam, si Reus fuerit absolutus, idque consilium postea eriam (6) ad reliquas actiones extendit. Eandem mulctam (7) esse augendam, si actor postea item derelinquit, item (8) si temere appellatum fuerit.

§.XV,

§. XV.

Anno 1607. edidit Autor *anonymus* discursum in lingua Germanica conscriptum, quomodo administratio justitiae sit emendanda; quem & ipsum Wehnerus inseruit suis suis germanis Observationibus. i) Quis Autor sit, ignoro, nec Wehnerus *cus.* nominat, sed solum Prædictum & Ictum celeberrimum vo. i) p. 350. seq. cat. Et quamvis, nescio unde, eum sub nomine Iohannis Biardi citet B. Strykius, k) tamen nec Biardus iste mihi co- processus ab- ginitus est. Summa discursus est sequens. Maxime inter brev. per pauc. est Reip. promte justitiam administrari, 1) Suntin Germania mendac. §. 5. nia multa leges & Ordinationes processuales. Interim pro. l) Wehner, d. ceius protrahuntur vitiis Advocatorum & Partium, Ordina- p. 350. seq. tionibus iis abutentium. Ostenditur tarditas processuum in prima instantia secundum processus tum in Imperio usi- tatus m) ad minimum ultra octennium durans, n) sape m) p. 351. seq. vero ultra 10. 12. 15. & plures annos, cui accedit in prima u) p. 356. instantia nova protractio litis per leuterationes plane inu- tiles. In secunda instantia o) appellationis ad superiorem, o) p. 357. in singulis provinciis regulariter impendendum est octen- nium vel etiam decennium. Cum denique ad Camerana Imperiale appellatum est, p) sive in tertia instantia, du- p) p. 358. rat regulariter processus ultra 30. annos; & tamdiu etiam in causis simpliciis querele vel denegata justitia, sape et- iam ad 50. annos. Item in causis mandatorum. Porro multitudo actorum & causarum in Camera in causa est, ut vix intra 20. annos post conclusionem sententia publicetur, ubi etiam simul agit de multitudine & abusu revisionum. Cum autem hoc modo foveantur calumniantium iniquita- tes, non expellantur, q) & adeo Rei gaudeant de apertu- q) p. 360. ra processuum, maxime medicina opus est. Initium faci- endum est a Revisionibus, constitudo novos revisores, facta tamen interim post præstitam cautionem executione sententia. Deinde expediendo omnes causas ad definitio- dum conclusas, additis in hunc solum finem novis quibus- dam affessoribus extraordinariis. Tertio condemnando fri-

vole appellantes in expensas & mulctam pecuniariam. Tum processus receptus r) abbreviandus est tam in Camera, quam in judiciis Statuum, & quidem non particulatim, sed tota-
liter, ante omnia tollendo veram & principalem causam
prolixitatis, in eo consistentem, quod partibus permittatur
ad naufragium de jure disputare, unde oriuntur prolixæ dispu-
tationes etiam de ipsis responsionibus, an recte, id est, ju-
re facta sint, item prolixæ disputationes super iis, quæ par-
tes consistentur, & de probationibus circumstantiarum nega-
tarum. Hoc malum peperit sportularum judicialium au-
gmenta, ob auctum laborem judicis in separatione plurimo-
rum inutilium a paucis utilibus. Præter istam capitalem
causam sunt & adhuc alia, quæ ad nihil, nisi ad protractio-
nem justitiae, utiles sunt, adeoque omnino abrogandæ, ve-
luti leuteriones, item in instantia Appellationis admisso-
novorum articulorum, responsionum, probationum &c.
Quod vero primaria causa corrupta justitiae sint allegatio-
nes & disputationes de jure, inde probatur: s) Ad omnes,
sententias judiciales requiritur (1) factum, hoc narrant par-
tes, (2) facti veritas, quam docent vel confessiones vel pro-
bationes, (3) jus, quod ex facto oritur. Hoc scire debent
judices, non discere id a partibus, uti medicinam non di-
scunt medici ab ægrotantibus. Ad priora duo sufficit pro-
cessus brevis. Hic quomodo sit formandus in prima instan-
tia, delineatur ab autore, t) finiendus vel intra annum,
vel diutissime intra triennium, u) reje^ctio omnino Leute-
rationis remedio, vel certe brevissime sine concessione no-
va instantiae a judge expediendo. Sequitur delineatio pro-
cessus in instantia Appellationis expediendi post introducta
acta primæ instantie ad minimum intra biennium, x) ut adeo tam in prima quam in secunda instantia conjunctim
ultra quinquennium processus protrahi nequeat. Prolixitatis
in tertia instantia, id est in Camera, causæ sunt vel
communes, eodem modo removendæ, vel peculiares, ortæ
partim ex multitudine causarum, de qua jam supra actum,

par.

partim ex magnitudine productorum, cui occurrentum per prohibitionem disputationum de jure, partim ex Assessorum omnium praesentia in conventibus quotidianis, cui obveniendum per multiplicationem assessorum & distributionem in tot judicia, vel quot sunt circuli, vel ut ad minimum in duobus circulis unum ejusmodi judicium instituantur, non tamen a judicio Camerali separatum ^{y)}. & ab eo indepen- ^{y)} p. 379.
dens. Concipienda igitur erit ejusmodi nova ordinatio ea-
que communis & uniformis in omnibus etiam judiciis Sta-
tuum imperii ^{z)} prohibitis omnibus disputationibus de ^{z)} p. 382.
jure, & jubendo, ut pleraque, exceptis tamen excipiendis
ab autore recensitis, proponantur viva voce, non in scri-
ptis. Juramenta etiam a) dandorum & respondendorum ^{a)} p. 383.
ab ipsis partibus esse praestanda, ad minimum constitutis ad
id Commissariis; item jaramenta calumnia, non solum a
partibus & procuratoribus, sed etiam ab advocatis esse exi-
genda. Ante omnia curandum ^{b)} ut judiciis praeifiantur b) p. 385.
homines idonei, virtuosi, ac justi, iisque sufficientia salario
constituenda. c) Acta non collegialiter legenda, nec priva- ^{c)} p. 387.
tim d) & obiter, sed a referente & correferente relationes ^{d)} p. 388.
in scriptis secundum methodum ibi memoratam formandas
cum rationibus juris & allegatione legum, eaque actis jun-
genda, quod & a Facultatibus & Scabinatibus observan-
dum. Personæ judiciales & earum ministri in officio pro-
tegendi, & executiones denique sententiarum sunt promo-
venda. Postea progreditur ad defectus judiciorum crimi-
naliū ^{e)} & horum emendationem per constitutionem ju- ^{e)} p. 389.
dicum juris gnarorum, per mitigationem carcerum f) &
reorum sufficientem sustentationem, per consultationes
Jctorum super tortura, per abrogationem des Hang und
Schließ-Gesetzes g) His ita discussis respondet autor obje- ^{g)} d. p. 395.
ctionibus variis h) (i) non sperandam esse emendationem h) p. 397.
ob inveteratam ubique obseruantiam. (Qua occasione di-
greditur Autor & consilium dat de novo corpore juris con-
ficiendo, i) quod non multo majus futurum sit quam cor- ⁱ⁾ p. 398.
pus

- pus Juris Justiniane, scilicet absque Glossis, quem in finem valde commendat Nicolaum Vigelium, & objectionibus respondet. Consultit etiam, ut studiosi iuris k) debita diligentia incurabant studio Dialetica & Philosophia moralis. Denique quædam de requisitis l) eorum, qui ad consilia de emendanda justitia administratione sint adhibendi, monet.) (2) Per consilium ab autore datum m) nihil aliud intendi quam contentum Jurisprudentia & Jutorum, (ubi fatus ostendit n) genuinam differentiam inter verum Jctum & Rabulam, & quod o) Rabularum vitia non impunitanda sint ordini Jtorum.) (3) Consilium autoris p) quod Advocatis interdicenda sit allegatio & disputatio de jure repugnare expressis verbis Ordinationis Cameralis: q) (4) Processum non posse abbreviari r) sine maximo præjudicio Advocatorum ob multitudinem Clientum & causarum: (5) Esse ad minimum maxime distinguendum s) inter caulas leviores & quæ sint magni momenti, quæque non ita cito ac leviores expediri queant: (6) Cui usui futuri sint Jcti, t) si iura non sint alleganda, nec de eo disputandum? (7) Unde in posterum u) Jcti & Advocati panem sumere debeant? (8) Unde sumendi x) Jcti apti & sufficietes ad expediendum consilium ab Autore de revisionibus & formandis sententiis definitivis datum? [9] Uade sumendæ y) impensis ad Emendationem ab Autore consultata necessaria? z) usque ad Cui ultimæ objectioni removendæ multum opera impedit, p. 427. z) & quædam immiscet etiam de sportulis & harum usu, a) p. 426.

§. XVI.

Emendatio- Antequam ulterius progrediar in recensendis consiliis, nes varie in pauca quædam notanda sunt de emendatione iustitiae ad Gallia tentata. Jam in seculo decimo sexto in Gallia a Carolo IX. (qui regnavit ab anno 1560. ad 1574.) imperatum fuit, ut, qui alteri litem intenderet, duos coronatos deponeret, eosdem ab eo, quem judicio superasset, recuperaturus, aut suæ temeritatis, si vinceretur, justam pœnam

nam latius. Et hoc judicario vetigali vix ullum afflictis
 etarii opibus & regno Gallia innumerabili litium multitu-
 b) lib. 6. de
 dine oppreso, splendidius excogitari potuisse Bodinus b)
 Rep. c. 2.
 afferit. Porro cum paulatim usus juris Romani in Galliam
 introductus fucrit c) & ita in quibusdam locis in forum re-
 ceptus partim occasionem dederit distinctioni inter provin-
 cias juris scripti, & consuetudinarii, d) non solum multae see.
 ineptiae, iustitiae administrationem retardantes, ex mixtura d) Idem c. 40.
 juris civilis & consuetudinum Gallicarum se hinc inde insi. Ath. Duck,
 nuarunt, e) sed etiam frequenter dissenserunt JCti Galli. de autor. jure
 ci, utrum jus Gallicum, an jus Romanum pro ordinario, civ. 1.2. c. 5.
 & communi, pro cuius usu sit præsumtio, haberi debeat. f) e) Pasquier d)
 Vnde non potuit non magna juris incertitudo, ex ipsiis in. l. c. 41.
 terpretum juris Romani distinctionibus aucta, oriri, & prom. f) Duck. d. L
 tam iustitiae administrationem valde impedire. Ad hoc ma-
 lum avertendum prodit Anno 1602. Lugduni, Henrici IV.
 Regis Galliarum Codex juris Civilis Romani, in certum &
 perspicuum ordinem artificiose redacti, una cum jure Ci-
 vili Gallico, Aurore Thoma Cormerio. In hoc autor g) g) in dedic. ad
 testatur, quod ad incertitudinem illam tollendam incredibili Henric. IV.
 li labore & valetudinis sua magno incommodo huic rei me-
 deri voluerit, redacto in meliorem ordinem jure Romano,
 adjunctis Regum Galliarum constitutionibus & curiarum
 juridicarum judiciis, usque fori, ac Interpretum Gallico-
 rum opinionibus & quissimis & optimis selectis. Ordo talis
 est, ut totum jus civile Justinianum libris 25, quorum sin-
 guli suos titulos, tituli capita, capita paragraphos habent,
 continetur. Ita v. gr. in libro primo tractatur materia de
 sponsalibus & nuptiis, in secundo de patria potestate, &
 de tutela ac cura, in tertio de divisione rerum, dominio &
 possessione, in quarto de materia prescriptionum, in quinto
 de usufructu, usu & habitatione, in sexto de servitutibus
 prædiorum, & ita porro. Leges Justinianeæ, unde verba
 singulorum paragraphorum desumpta sunt, semper ad mar-
 ginem citatae inveniuntur, item constitutiones regum, sen-
 tentia

rentia collegiorum, autoritates J^ctorum, quarum contenta in textu relata vel opiniones approbatæ sunt. Imploravit quidem Autor Regem, ut huic Codici vim legis tribueret, sed nihil aliud ibidem legitur, quam quod Rex Bibliopolz privilegium concesserit, scriptum id imprimendi. Eodem anno 1603. Rex ipse Henricus IV. h) coërcenda Advocatorum avaritia causa jussit executioni mandari edictum Bleinstio. Per sensu jam ante 23. annos in senatu publicatum, ut advocati, Matth. Histor. Henr. 4. lib. 5. impensis victori resarcendi juxta illam professionem ratio iniretur, ni facerent concusionis pena tenerentur. Cum libello intercederent Advocati, & multis verbis exponerent, se potius muneri publico cedere, quam servili ministerio amplius defungi velle, decretum fuit, ut Advocati, qui munere deinceps defungi nollent, apud acta publica id profiterentur, quo facto omni advocationis munere sub falsi poena interdicebantur. Hoc altero decreto publicato, sequente die Advocati bini, numero trecenti & septem et classibus Advocationum exente, vi transversa per palatium currunt, atque apud acta jurant, se secundo Arresto parere velle. Hac re quasi justitium indictum, & magna perturbatio in ordine iudicario secta, ita ut urbis facies parum à seditione abefset, & sic Rex quasi invitus cogeretur suspendere effectum editi sui, ut reliquæ circumstantiæ à dictis autoribus memorata fusius monstrant. Eodem modo res fuccessu caruit, cum idem Henricus IV. anno 1608. i) tentaret, emtionem officiorum iustitiae administrationi valde noxiā, removere, adhibendo videlicet tale remedium, quod augendo potius malo inserviret.

j) Peregrine Henry le Grand p. 453 seqq.

Georgii V. a. lentini Winther Parthenius litigiosus.

k) Placcius de Pseudon. 851. Deckh. adsp. pag. 416

anno 1613, prodit Verona Ventura de Valentiis Parthenius litigiosus. Verum auctoris nomen esse Georgii (vel Jürgen) Valentini Wintheri, jam ab aliis notatum fuit. k) Liber primus præmissa querela generali de multitudine & origine

origine litium, 1) item doctrina varia de officio principum 1) c. 1.
in litibus finiendis m) & partium in litibus fugiendis, n) m) c. 2, p. 20.
item de incommodis, dispendiis, molestiis, damnis litium o) n) c. 3, p. 35.
ac earum definitione ac divisione, p) inquirit in causas li. o) c. 4, p. 50.
tium publicarum & privatrarum. Illarum causas dicit esse p) c. 5, p. 61.
ex parte Magistratus, religionis dissidium, malam iustitiae
administrationem, oppressionem subditorum, indulgentiam,
emulationem, invidiam, discordiam; ex parte subditorum
clades publicas, litis, belli, pestis, famis, conventicula oc-
cultae, & dissimilitudinem morum. q) Causas litium priva- q) c. 6, p. 71.
tarum esse vel remotas, nimirum imperfectionem humanae
naturae, rerum communionem & divisionem, legum mul-
titudinem, r) vel proximas: has vel generales, vel specia- r) c. 7, p. 96.
les, vel specialissimas. Generales (1) malitiam & multitu-
dinem litigantientium, s) Advocatorum, Procuratorum, s) c. 8, p. 113.
Sollicitatorum & Notariorum. t) (2) Falsetatem, menda- t) c. 9, p. 126.
cium, simulationem u). (3) Ignorantiam, paupertatem, e- u) c. 10, p. 145.
brietatem, vv) (ubi inter alia notat, etiam informationes vv) c. 11, p.
juris tam a partibus quam a judicibus factas multum lites 158.
protelare). 4) Multitudinem, negligentiam, avaritiam cum
judicium tum officialium x). Specialium causarum tres clas. x) c. 12, p. 173.
ses facit. In prima ponit consuerudines irrationales (v. g.
de pena pecuniaria homicidii, de bonorum naufragorum
ereptione, de probatione sagarum per aquam, consuetudi-
nes varias opificum) debita, usuras, oppignorations, fide-
jussiones, & immodicas dotes; y) In secunda causas & abu- y) c. 13, p. 189.
sus litium criminalium, v. g. impunitatem blasphemiz, ha-
refoes, furorum literariorum, & ab officialibus commisso-
rum, adulterii, examina testimoni per commissarios, appelle-
tionum abusum; carcerum duritiem, abusum torturarum:
z) In tertia causas & abusus processus civilis, v. g. impedi- z) c. 14, p. 206.
menta varia litis contestationis, libellum articulatum, re-
sponsiones ineptas, deductiones probationum, disputatio-
nes de jure, appellations ab interlocutoriis, novas proba-
tiones in instantia appellations &c. a) Specialissimus causas a) c. 15, p. 221.

vocat illas, quæ in specie respiciunt processum Cameralem,
 b) c. 16. p. 236. b) ubi repetitis iis, quæ jam ex Autore Disc. vom Justiz-
 Wesen excerptissimus, alia adhuc autori isti omissa admonet.
 Liber secundas agit de remediis, quæ autor dividit in divi-
 nūm, id est preces, & humana. Quod hæc attinet, recen-
 sitis aliorum, Vigelii, Ant. Fabri, Damhouderi, Giphani, Anonymi, Kelleri, Mynsingeri &c. remediis, ea subdividit
 e) c. 1. p. 253. in illicita & licita. c) Illicita dicit esse v. g. Monomachiam,
 d) c. 2. p. 265. obstagia, repressalias. d) Licitu iterum esse vel litium pu-
 blicarum, ubi de tyrannicidio, de jurisdictione Ecclesiasti-
 ca a Cæsare vindicanda, de pace religiosa, concilio genera-
 li, amnestia, arctiore principum conjunctione, conventu
 Regimenti, cayenda seditione &c. e) vel privataram. Utris-
 que communia esse patientiam & concordiam. f) Privata-
 rum esse initio remedia generalia contra imperfectionem hu-
 manam, rerum communionem & divisionem ac legum mul-
 titudinem, ubi de collatione Juris Romani & Germanici,
 juris scripti & morum, de redactione juris in artem, de stu-
 dio juris, de commendatione legum Mosæcarum, &c. agit.
 g) Sequuntur remedia contra malitiam partium litigantium,
 g) c. 5. p. 313. ubi agit de condemnatione in expensas, & de rara ejus
 praxi, de juramento calumnia, de deponenda certa quota
 litis, de poena dupli, de censura morum &c. h) tum remedia
 contra malitiam Advocatorum &c. ubi de maledictione di-
 vina, salario Advocatis &c. constituendo, juramento ab his
 præstanto, allegationum prohibitiōe, libellorum accurata
 formatione, advocatorum abrogatione, procuratorum pau-
 citate, productorum brevitate, cauta Notariorum creatione,
 i) c. 7. p. 348. improborum poena &c. i) Inter remedia contra falsitatem,
 mendacium, & simulationem recensentur omnipræsentia
 Dei, indagatio veritatis, tormentorum adhibitio, poena men-
 dacium litigantium & falsorum testimoniū, simplicitas, & in-
 E) c. 8. p. 366. stiratio inquisitoris generalis litium. k) Inter remedia con-
 tra lites ab ignorantia, paupertate, & ebrietate prognatas
 referuntur prudentia & sapientia magistratum, restriktio
 privi-

privilegii pauperum, & moratoriorum, institutio fisci pauperum; pena ebrietatis & delictorum in ebrietate commis-
forum, l). Porro in doctrina de remedii contra multitu-
dinem ac negligentiam judicum & officialium proponuntur
& examinatur, sententiarum conceptio secundum leges &
consciences, principis praesentia in litibus, correctio in-
tempestivæ misericordia erga litigantes; electio paucorum
judicium proborum, literatorum & peritorum, prohbitio
nundinationis officiorum, pena judicum munera accipien-
tium, remotio negligentium, praesentia judicum in exami-
nibus testium, institutio magistratum ad litium probatio-
nes, cautio officialium de bene administrando, cohabitatio
judicium & officialium &c. m) Pergit autor ad remedii spe-
cialia contra consuetudines irrationales &c, ubi agit de in-
stituendis censoribus mores corrigentibus, & consuetudines
iniquas abrogantibus, de bonis in scripturas redigendis, de
legibus sumptuaris, de vestigalibus rebus corruptientibus
imponendis, vom Schulz Thurn de parata executione in-
strumentorum guarentigiatorum, de coercitione usuraria
pravitatis, de adibus publicis erigendis, unde pecunia sub
pignoribus recipiatur, de Judicis ejiciendis, de prohibitio-
ne parentum, ne liberi fidejubeant, item ne quis ultra 100.
Joachimicos fidejubeat, de fidejussione cum causa cognitio-
ne, de dorium lublatione vel moderatione n). In speciali-
bus remedii contra lites criminales proponuntur area, cui
delatorii libelli intrudantur, institutio delatorum, horum
pena, arcana judicia Westphalica, pena judicum male ju-
dicatorum, transmissio actorum ad collegia, prohibitus ap-
pellationis ab interlocutoria, prohibitus luci, retorsio inju-
riarum, professio de modo vivendi, suspendium furum, asy-
la in casibus homicidiorum, transactio, tortura requirita &
moderatio, prohibitus interrogationis de sociis criminis, sub-
latio carcerum subterranciorum, & detentionis carcerato-
rum per vincula, prohibitus captura sine indicio. o) Inter o)c. 12. p. 426.
remedii contra lites civilium causarum referuntur locus ju-
dicii

diciū prope ecclesiam, reductio triennii, reconventionum abrogatio vel restrictio, prohibitio allegationum juris, distinctio processus ordinarii & summarii, citatio generalis ad totam causam, libelli exhibito cum probationis genere, productione instrumentorum & testium, ac commissariorum designatione, juramenti litis decisorii non facilis concessio, juramentum dandorum & respondendorum, rejectio responsionum captiosarum, prohibitio dilationis terrea absque iuramento, maturatio litis contestationis, emendationes variae in probationibus, sententia prudens conceptio, prompta executio, difficilis admisso interventionis, abrogatio leuterationis, remedia processus appellatorii varia. p) Denique suppeditata remedia specialissima circa procedum Cameralēm, q) de quibus eadem repetenda, quæ supra circa caput ultimum libri primi monui.

§. XXIX.

Octavii Pi- Octavius Pisanus, nobilis Italus, per triginta annos
sanī *Lycan-* Doctor legum, & Aulicus r) anno 1618. s) edidit *Lycan-*
gum Italicum, in quo, ut ipse dicit, proponit leges singu-
laris Dei gratia a se inventas, secundum Lycurgum & Regem
ad lector. & Rogerium, prompte iustitiam administrandi, qui tractatus
proœm. p 1. poltea anno 1666, Sulzbachii iterum est impressus. Harum
p 2. prædicat ipse usum triplicem t) (1) quod per eas tollantur
vid. approb. omnes lites ac causæ civiles, expensæ, processus, Advocati,
censoris. Procuratores, Consulentes, Praefides, (2) quod omnes ju-
stitiam protrahere volentes judicio banni coercent, (3) quod
doceat, quomodo judicia criminalia juste insitui debeant
sine sumptibus, Advocatis, Procuratoribus, modo facilis &
etiam ab indoctis comprehensibili ad exemplum Inquisicio-
nis Romanæ, cum contra secundum mores hactenus rece-
ptos leges, advocati, procuratores, praefides, consiliarii,
processus &c, non sufficiant ad iustitiam prompte admini-
strandam, & majoribus impensis opus sit, quam sit res, de
qua litigatur, imo advocati, procuratores & processus, ju-
dices magis confundant quam adjuvent. u) Causas tanto-
rum

*) p. 3.

rum incommodorum esse quatuor. (1) Quod, cum judices ipsi possint videre justitiam causæ, advocari, & procuratores studio lucri addant vel demandant aliquid veritati. Hinc autor in judicio criminali & morali ipsos, ad exemplum inquisitionis Romanæ, removet, x). (2) Quod mores unicuique libertatem permittant contrahendi, prout ipsi placet, & ubi velit, saltē, si liberit, adhibitis testibus, Notariis & Ministris vilissimis & humilibus de plebe, non curantes, num contractus bene vel male, an in prajudicium alterutrius contrahentium vel tertii, aut hæredis, sponte an per fraudulentam deceptionem sit iniussus; post contractum vero, & cum lis de eo oriatur, tum demum de ea reuelint sollicitos esse Judices, Advocatos, Procuratores, & quod pessimum est, concedant licentiam pro lübū disputandi & litigandi, & dilatationes respondendi, y). Hinc duo oriri incommoda; y) p. 5. unum, ut hoc modo multiplicentur casus particulares [vel species diversæ & variantes] unius contractus [in genere] in infinitum, & sic opus fuerit novas quotidie leges inventire ad comprehendendam naturam & jura tot diversarum specierum, quæ occasionem dent multiplicationi commentariorum ad statuta, item consiliorum, observantiarum, consuetudinum, & inde orientium processuum infinitorum. Alterum, quod scripture etiamsi testibus & notariis confirmatae vel actis publicis sint insinuatae, tamen ad nihil aliud serviant, quam ad excitandas lites & processus, quia vide, licet lex ob suspicionem vel metum fraudis non possit dare perpetuum silentium & paratam executionem ejusmodi scripturis. z) Huic malo autor id remedium assert, præcavendo ne ex contractibus lites oriri possint, & maximam diligentiam in circumspectione judiciali, antequam fiat contractus, adhibendo. Unde vult, archivum publicum instauri, habens vim perpetuum silentium imponendi ei, qui contractum impugnare vult, & paratam executionem concedendi. Vult constitui Inquisidores de pace, considerantes antequam contrahatur, an subficit vel possit evenire fraus,
damnum

damnum vel interesse alicuius, an res sit pignori data, aut obligata, aut inde lis oriri possit. Vult constitui pretatores vel estimatores, ut contrahentes non circumveniant alterum in pretio, & res juste & debite tradant, & justum rebus pretium imponant. Hos magistratus omnes non antea permittere debere contractum concludi, nisi sublati prius omnibus periculis litium oriundarum; porro eos debere omnia annotare in libro communi; posse tamen eos concedere tempus & inducias ei, qui non vult vel potest solvere a). (3) Quod secundum mores post factum deum contractum circumspiciatur, an ille conveniat legibus & statutis, cum secundum Autoris remedium de ea re debeat circumspici antea a dictis magistratibus; hinc eum, qui alter fecerit, nihil agere, & ipsum contractum esse nullum, immo contrafieriem severissime puniri pro arbitrio ipsorum magistratum. Idem observandum esse in testamentis condendis, ut etiam nulla nisi coram magistratibus condita valent b). (4) Quod probe tenendum sit, inter duo mala minus esse eligendum. Secundum mores consuetos timendum esse, ne propter Advocatos & Procuratores officium suum non debite facientes, & propter pauperes, non sufficientes ad expensas ferendas, fiat iniustitia illi, qui bona causa & rationibus nititur. At si removeantur advocati & procuratores, contingere posse, ut partes, qui ignorant iura sua, nec possint illa in iudicio proponere, a magistratis iniuste condemnentur. Sed cum prima iniustitia procedat a malitia posterior ab ignorantia, evidens esse priorem graviora damna afferre Reipublicæ quam posteriorem, adeoque haec indubio esse eligandam. c) Contra commoda ex consilio autoris prouidentia esse duo, unum quod eo observato non possint oriri lites civilis; alterum ut judices sine prelio sint Advocati, & quidem imparitiales, utriusque partis. d) Postmonita de iudicio civili transit autor ad iudicium morale, circa quod valde miratur, quod apud nos tale iudicium non reperiatur, quod puniat homines scandalosos,

a) p. 7.

b) p. 8.

c) p. 9.

d) p. 10.

dalos, cum tamen evidentissimum sit, conversationes hominum quotidianas esse maxime scandalosas, unde rixæ & duella oriuntur, & eum, qui bene vult agere, haberi pro pecude vel bestia. Igitur auctor vult constitui judicium morale, homines scandala prabentes pena banni coercens e. e) p. 10.
 Denique vult constitui judicium criminale, quod puniat delicta, sed sine Advocatis, Procuratoribus & processibus, saltem audita responsione reorum, & examinatis testibus, unde judges tanquam advocati communes unius vel alterius partis postea ferant sentencias, cum contra secundum mores receptos leges de processu criminali disponentes habeant sensum adeo vagum, & infinitis limitationibus & conditionibus obnoxium, ut nihil certi possit inde determinari, sed omnia relinquenda sint arbitrio judicis, & illud etiam emendationem mereatur, quod bona admittantur delinquentibus, quod magno abusui sit obnoxium, & divitiis (etiam innocentibus) pericolosum, maxime in nonnullis locis Italie; contra Dei bannum seu excommunicationem & prohibitionem commercii particularis cum delinquenti, esse rem sanctissimam, & maxime salutarem. f) Ceterum uti medicina non potest tollere mortem, aut impedire ictus & plagas violentas, ita nec illas leges posse sanare vim & violentias, sed contentos nos esse debere qualicunque iustitia, quia contra violentiam, magistratus injustos, fallos testes, pridiones amicorum, peccata patronorum & mortem, non sit remedium, neque iustitia, cum & Christus eorum manibus mortuus sit. g) Contra commodum novum ex g) p. 12. consilio auctoris oriundum esse, ut quilibet vir honestus, modo sciat legere vel scribere, possit esse Magistratus vel Judex, & leges vel consilia Auctoris facilime intelligere; neque adeo opus esse alii libris, commentariis, speculationibus, lingua latina, terminis latinis &c. h) Non patitur positum, ut integræ tractatus summam referam. Saltem indicabo rubricas. I. Circa judicium civile agit de loco & magistratibus, i) de contractibus k) & testamentis l) forman dis,

l) p. 9 (m)
 2) p. 9 (n)
 3) p. 9 (o)
 4) p. 9 (p)
 5) p. 9 (q)
 6) p. 9 (r)
 7) p. 9 (s)
 8) p. 9 (t)
 9) p. 9 (u)
 10) p. 9 (v)

11) p. 9 (x)
 12) p. 9 (y)
 13) p. 9 (z)
 14) p. 9 (a)
 15) p. 9 (b)
 16) p. 9 (c)
 17) p. 9 (d)
 18) p. 9 (e)
 19) p. 9 (f)
 20) p. 9 (g)
 21) p. 9 (h)

22) p. 9 (i)
 23) p. 9 (j)
 24) p. 9 (k)
 25) p. 9 (l)
 26) p. 9 (m)
 27) p. 9 (n)
 28) p. 9 (o)
 29) p. 9 (p)
 30) p. 9 (q)
 31) p. 9 (r)
 32) p. 9 (s)
 33) p. 9 (t)
 34) p. 9 (u)
 35) p. 9 (v)

36) p. 9 (w)
 37) p. 9 (x)
 38) p. 9 (y)
 39) p. 9 (z)
 40) p. 9 (a)
 41) p. 9 (b)
 42) p. 9 (c)
 43) p. 9 (d)
 44) p. 9 (e)
 45) p. 9 (f)
 46) p. 9 (g)
 47) p. 9 (h)
 48) p. 9 (i)
 49) p. 9 (j)
 50) p. 9 (k)
 51) p. 9 (l)
 52) p. 9 (m)
 53) p. 9 (n)
 54) p. 9 (o)
 55) p. 9 (p)
 56) p. 9 (q)
 57) p. 9 (r)
 58) p. 9 (s)
 59) p. 9 (t)
 60) p. 9 (u)
 61) p. 9 (v)

m) p. 27.

n) p. 32.

o) p. 37.

p) p. 45.

q) p. 48.

r) p. 51.

s) p. 54.

t) p. 59.

u) p. 61.

v) p. 64.

x) p. 69.

y) p. 70.

z) p. 74.

a) p. 79.

b) p. 84.

c) p. 87.

d) p. 92.

e) p. 98.

f) p. 102.

g) p. 105.

h) p. 108.

i) p. 111.

k) p. 114.

l) p. 116.

tis, de bonis mobilibus & opificiis civitatis, m) de modo comparandi sive emendi & vendendi bona mobilia & opificia, n) de iudicio bursae seu mercatura, eiusque loco & iustitia, o) de contractibus ac negotiis bursa, p) II. Circa iudicium morale, de eius constitutione, q) de eius principio & fundamento, item de delicto morali, r) de banno contra inventores rumorum & maledicentes, s) de proditione & mala fide, t) de delictis moralibus commandibus, u) de barino contra maledicentes & rixantes, w) de banno contra eum, qui solvit, & facit ut sibi solvatur, quod per lusum lucratus est, non contra eum, qui ludit, vel lusum, x) de usu seu processu iudicii moralis, y) de officiis magistratuum moralium circa Politiam. z) III. Circa iudicium criminale de magistratu criminali, eiusque loco vel dicasterio & confessu, a) de principio & fundamento iudicii criminalis & de Dei banno, b) de obiectione huius Dei banni, c) de regulis iudicii criminalis circa processum, torturam & penas criminales, d) de cæde, assassinatu, delicto deliberato, delicto in rixa, e) de iis, quæ delictum aggravant, vel extenuant, f) de casibus, quibus licet occidere aut vulnerare hominem sine brachio iustitia, g) de indicis ad incarcerationem & torturam, h) de testibus, i) de commutatione delictorum in penas pecuniarias, vel bonorum, k) de usu aut vero exercitio (seu processu) iudicii criminalis. 1)

§. XIX.

Barclaii consilium de emendanda Justitia.
 Johannes Barclaius, in Argénide, quam anno 1621.
 Regi Galliarum, Ludovico XIII. dedicaverat, sub persona ficta Ibburranis, m) postquam de multitidine Judicum & Advocatorum & tribunalium, deque prolixitate processus multa conquestus fuisset, illam diminutione tribunalium & Advocatorum cōrcendam esse svadet, & ad obiectionem de litigantium numero respondet, hunc ex multitidine tribunalium, non illam ex hoc oriri. Prolixitatē processus putat occurri posse, si iudices initio ipsas partes audiant, & ex

ex eorum simplicitate vel astu ingenium causæ cognoscant, & tum duorum vel trium iudicium arbitrio submittant, an ad sententiam sat liqueat; hanc vero non ex iuris apicibus, sed ex bono & æquo esse concipiendam. Sin impeditus sit iurgium, ut testes & inspectionem desideret, tum advocati præstent iuramentum calumniaæ, & fidem fallentes præter infamiam graviori supplicio puniantur. Ante finitam litem Patronis nihil dandum a clientibus. Victum aut nihil aut non multo amplius lege definiendum patrono soluturum, viætorem tantum auri daturum, quantum Judices ipsi in laboris mercedem accipiant. Si quis ante litem finitam quid dederit vel acceperit, clientem causam amisurum, patrono imperandum a foro exilium. Delatoribus ea danda præmia, quæ vel domesticorum fidem sollicitent. Ita patronos ad meram properaturos, & dum sibi sic student, alii profuturos. Interim tamen lege edicendum esse, ne lites ultra sex menses apud Judices hærent, nisi testes extra provinciam arcessendi sint, tunc enim tempus geminandum esse. Ad respondendum objectioni, quod majus temporis spatium requiratur, graviter invehitur in judices, siisque causam protractionis litium magis quam Advocatis imputandam esse censem, cum utique majus sit vitium eorum, qui cum possint mala prohibere, id tamen non faciant. His ita propofitis, subjungit Barclajus; æqua sentire Ibburranem, Regi visum esse. Quia tamen ægra corpora nimio medicamenti conatu percelli interdum exitiale sit, Regem tantæ salutis novitatem sustulisse, donec possint vocari magistratus, & tanquam consentientibus leges dici. Nam nec illis oportuisse reverentiam ad populum perire, quod utique metendum, si in tumultuaria sanctione, magis pœnæ & vindictæ, quam futuræ utilitatis species fuisset.

S. XX.

Christophorus Forstnerus in Notis politicis ad Tacum Forstneri
tum anno 1626. publicatis tres statuit n^o esse justitiae capi. monita.
tales pestes, corruptos Judices, longas, ac pene aternas li. n^o ad lib. 2.
F. Annal. Taciti
tes, p. 190. seq.

tes, & denique advocateorum inficitiam & improbitatem. Sordibus & corruptionibus judicum tollendis aut coercendis sex remedia commendat. (1) Ne tribunalia turpissimo mercimonii genere velut ad licitantium arbitria proflittantur, sed gratis & bene meritis conferantur. (2) Ut jus dicentibus stipendia atque salarya ex publico constituantur. (3) Ne quis patriæ suæ administrationem sortiatur, in qua multum gratia necessitudinem suarum daturus presumatur. (4) Ut jurejurando metuque numinis adstringantur, qui homines contemnunt. (5) Ut pena statuantur gravissimæ, qui pecunia aut gratia corrupti male judicarunt. (6) Tiberii temporibus in Senatu Cæcina censuisse, ne quem magistratum, cui provincia obvenisset, sua uxor comitaretur. &c. Diuturnitatem litium o) verbis a Barclajo mutuatis describit, miror tamen, cur non & remedia ab eodem commenda data repetat, [quem scriptorem tamen alibi p) valde commendat,] sed hujus loco lectorum ad autorem Parthenii litigiosi remittat. q) Addit tamen, primum & præcipuum remedium hic esse curam Principis, hujus enim esse cum interminatione pœnarum edicere, [sed hoc graviter, nec ut solemus, inquit, terroris mox evanescens imagine,] ne ulla lis ultra certum tempus ab ipso praestitendum, apud judices hæreat. Justinianum civilibus litibus triennium, spatiu sat longum præscripsisse. Labentibus seculis specie æqui in reorum auxilium inventa esse ea, quibus denique simplicitas legum occubuerit; frustrationes, rescripta, & quæ semel confitui poterant, velut religioso ordiné in variis dies dilata. Hæc vero quia Judicibus & patronis ad lucrum sunt, jam neglecto reorum commodo tam sancte observari, quasi iudicii cives, non hæc illis inventa sint. Porro in arctiore numerum & ad duorum triumve amanuensium laborem reducenda varia nomina Secretariorum & scribarum de clientum misericordia ex injuria populi ex sanguine miserorum perenni quæstu viventium. De advocateorum infictia nota, r) antiquis temporibus floruisse in tribuna-

o) p. 197.

p) p. 144.

q) p. 198.

r) p. 199. seq.

bunalibus Oratores facundos ingenio & fide, copiis dicendi eminentes; at nunc ubique violenta & rapacissima genera hominum per fora omnia volitantium apparere, omnium studiorum humaniorum, imo & ipsius Jurisprudentia expertum. Hos solum, ne nihil egisse videantur, ordinem judiciorum & scribendorum testamentorum contractuum que formulas ediscere, & cum ne quidem Institutiones Justiniani primis libris attigerint, Bartolm & Baldum ubique loqui, & Menochium & Cardinalem Tuscum, & in vulgarissimarum regularum probationem, imo & si responsis suis præmittant formulam consuetam, [in nomine Domini nostri JEsu Christi, Amen] sexcentas proferre autoritates, item regulas notissimas philosophicas, posita causa ponitur effectus, similesque innumeris legibus & autoritatibus JCTorum firmare, & ut ad casus propositos respondere possint, tractatus & commentarios & glossas, & decisiones & consilia evolvere, donec casum in terminis inveniant. Hoc malum a Principe sic coercendum, ne in posterum promiscue in numerum Advocatorum ejusmodi pecora recipiantur, sed ut Advocati pauci sint, legum periti & boni viri, juramenta calunnia præstantes, & si contra faciant, graviter punientur, denique ante litis finem nihil a partibus accipientes.

§. XXI.

Refert Culpinus in notis ad Momzambanum, s) de Lampadii defectibus Cameræ antiquam esse querelam, eamque in rem discursus de anno 1633. editum esse discursum practicum de constitutio- morbis & cu- ne, facie, morbis & cura Cameræ Spirensis, cuius autor *ne Cameres* vulgo habetur Jacobus Lampadius. Frustra haec tenus o. s) part. 2, p. peram dedi, ut scripti hiujus copiam nanciserer. Sed nunc 125. in fine deprehendo, Culpinum errasse, & obiter saltem adspexisse ea, quæ Deckherrus de hoc discursu tradidit: t) Nimirum^{t)} de Script. dicto anno hunc discursum, indicante stylo, arte, expe- rientia, opinionibus insertis, composuisse astutissimum Lampadium, simul autem promisit Deckherrus, quod, ne

pretiosum manuscriptum pereat, magnam ejus partem in
prefatione ad rerum in Camera judicatarum periodos red-
dere velit. Cæterum nec huic suo promisso eum satisfe-
cisse credo. Certe in discursu de cultu Juris Cameralis pra-
misso vindicis pro veritate & justitia rei jurisprudence Camera-
lis, & post scriptum modo citatum edito, quasi sui ipsius
u) cap. 9. p. 66. oblitus, de discursu isto id saltem memorat, u) eum inter
medias bellorum turbas ab ignoto scriptum esse, & ejus pa-
ginas, inter excessum hujus ætatis, quamvis paucissimorum
manibus communicatas, ex stylo, qui Germanicus, & ma-
terii, quæ illustres sint, honorandas fuisse.

§. XXII.

§. XXI.

Emendatio
in Imperio Nullum vero est dubium, quin bellum illud tricen-
per recessum niale ab anno 1618. ad annum 1648. continuatum, multum
anni 1654.
tentata; conculerit ad corruptionem administrationis Iustitiae, unde
& in Comitiis Imperii publicis de emendatione diu fuit co-
tentata.
e) R. I. 1641. & in Comitiis Imperii publicis de emendatione diu fuit co-
gitatum, dum videlicet Ferdinandus III. Imperator convo-
catis Ratisbonam Imperii Statibus jam anno 1640. mense
Septembri, inter tria puncta deliberandi præcipua emenda-
tionem administrationis Iustitiae commendavit, o) & cum
istud negotium perfici non potuerit in illo conventu, certi ta-
lib 5. num. 102. men ad id expediendum deputati constituti sunt. p) Deputa-
to 3. p. 939. torum legati anno 1644. mense Junio, Collegium Camerale
seq. mensē Augulo ejusdem anni consilia sua, q) quomodo querelis
r) Vid. Pfann. Statuum luper Iustitia remedendum sit, proposuerunt, sed
net. Hist. Pac. tum nihil fuit definitum, bello videlicet durante. In ipsis
Westphili. p. etiam pacis tractatibus, ab Evangelicis potissimum, quere-
196 seq. 222. rentur. 387. 575. seq. I.e istæ sp̄iōs renovata, sed parum felici successū r) nisi
s) Pfann. d. l. quod totum hoc negotium ad futurorum Comitiorum dis-
p. 576. Instr. quisitionem remissum sit. s) Quid in istis Comitiis ea de
Pac. art. 8. §. 3. re a Deputatis gestum fuerit, pūtidum putavit Pfannerus
& ibi Hennig. c) & a decore historiæ alienum, si singula recenseret, ea
p. 1270. dicit. præsertim quæ non nisi ad Causidicinam pertinent. An re-
Comitiorum cte, alii judicent. Scripta vero eum in finem concepta la-
lib. 6. p. 756. tius

tius videri possunt in Actis Londorpis. u) Quodsi Viri il- u) Parte sept-
lustris vv) judicium sequendum putes, acta fuit hac res de ma, num. 263.
reformatione justitiae in comitis illis, successu paulo melio. 354. 360. 393.
re, (quam reformatio Politiae successit) & egregia multa con- 446. 448.
stituta fuere, maxima pars, imo fere unica illius Recessus. 459. 545. 569.
Potissimum vero ad nostrum scopum pertinent ea, quæ pro- 580 602.
lixè de abbreviatione processus agunt. x) Sed credo virum vv) Henning.
illustrem respexisse saltem successum intuitu conclusi, & quod d. p. 1270.
de hoc negotio aliquid in recessum referri potuerit, non in- x) R. I. 1654,
tuita felicis eventus, & subsecutæ abbreviationis processus. 5.34 seqq. junct.
hic enim contrarium testatur evidenter notoria. Pauli Gambi
p. m. 263. 4

§. XXIII.

Si quis titulum Justitiae vulneratae, Christiane, Juri- Stephaniana.
dice & Politice curatæ, quem quidam Stephanus Nathen, then Justitia
condictus Spormächer, libro, iam anno 1646. (ut ex iudicis vulneratae &
variis, tractatui præmissis, pater) confecto, sed qui demum cum ita,
anno 1657. Colonix editorem invenerat, præmisit, atten-
tius consideret, non poterit non sibi multa promittere de
eo, quod propositum hoc nostrum multum sit adiutorius,
in primis cum prope millo paginis in forma quarta constet
ille tractatus. Sed suspendendum paulisper erit iudicium,
donec paulo distinctius liber fuerit inspectus. Constat il- y) p. 35.
le partibus duabus, singula partes in titulos, tituli in ca- z) p. 93.
pita dividuntur. Partis primæ tituli octo agunt de iustitia a) p. 165.
[1] in administratione [2] in bello, y) [3] in clementia, z) b) p. 224.
[4] in dubiis, a) [5] in æquitate, b) vulnerata, [6] de d) p. 207.
iustitia fori & poli vulnerata, c) [7] de iustitia in genere, e) p. 344.
specie & individuo vulnerata, d) [8] de iustitia in hono. f) p. 453.
ribus vulnerata, e) Rubricæ titulorum undecim partis se- g) p. 518.
cundæ sunt, de iustitia [1] in iurisdictione, f) [2] in liti- h) p. 567.
bus, g) [3] in munerum acceptatione, h) [4] in negli- i) p. 597.
gentia, i) [5] in opinionibus, k) [6] in personarum ac- k) p. 642.
ceptione, l) [7] in quaestionibus, m) [8] in ratione, n) m) p. 682.
[9] in stylo & statuto, o) [10] in tempore & prætextu tem- n) p. 748.
poris, o) p. 786.

p) p. 872. q) denique [u] in veritate q] vulnerata; iam vel
 solus index titulorum satis docet, autorem vocem iusti-
 tiae latius usurpasse, & de judiciali ejus administratione pri-
 mario haud fuisse follicitum, sed saltē locos communes
 de variis & diversissimis questionibus Juris conscripsisse, &
 qualicunque earum connexionē eas suo modo in peculiarem
 aliquem ordinem redigere voluisse, unde nobis integrum
 istud volumen parum proderit, & ne quidem ea quā in eo
 de remedis abbreviandarum litium agunt, ubi commendat
 Part. 2. tit. 2. patientiam & pecunia contemnit, r) concordiam, trans-
 actions, s) determinationem temporis brevioris ex jure
 ibid. cap. 4. Justiniane revocandam, t) causarum parvi momenti seu
 cap. 5. parvæ quantitatis exemptionem ab ordinari processu, & de-
 cap. 6. cisionem earum judicalem, u) diminutionem numeri Ad-
 cap. 7. vocatorum & Procuratorum, v) processum summarium,
 cap. 8. x) paenam temere litigantium, y) provisionales adjudicar-
 cap. 9. z) c. 10. tions & Instrumentorum executions, z) exceptions litis
 c. 11. finita, a) paenam negligentium judicum, b) &c. Nam
 tit. 4. c. 12. præterquam quod ea vel sunt evidenter inapplicabilia, vel ab
 aliis autoribus haetenus recentris jam proposita, copia ver-
 borum & rerum, quā ubique immiscet auctor, lectori magis
 tedium creat, quam ut ei multum profit.

§. XXIV.

Nove constitutions & decisiones Saxonice.
 Interim & in Electoratu Saxonico magna & per plu-
 rimos annos continuata cura emendandi iustitiae admini-
 strationem & juris incertitudinem non est nobis omittenda.
 Successerunt, post Constitutiones Augusti, de quibus su-
 pra c) dictum, Ordinationes plures, Edictum Torgavien-
 se, d) Ordinatio Politica, Processus ratio, Ordinationes
 ritii introd. ad Appellationis, judicii Ecclesiastici, Matrimonialis, de Aca-
 prax, forens, demia Lipsiensi, de Fodinis Metallicis, Molendinis; ve-
 operum p. 370.
 rum ne sic quidem deerant, de quibus aliter Lipsenses, aliter
 Wittebergenses, aliter Jenenses pronunciantur, quod de
 Jenensibus libri Carpzovii cum Richteri scriptis collati, &
 Jctorum Saxonicorum in sectas abeuntium dissidentes op-
 niones

niones pleraque a Johanne Strauchio collectae, quæ leguntur dissertationibus ipsius Justinianeis addite, de Lipsiensibus & Wittebergenisibus prefatis Gothofredi levii synopsi Practicæ Criminalis Carpzovii premissa, imo in eadem urbe Lipsiensi Facultatem Juridicam & Scabinatum non raro dissidere ipsius Carpzovii scripta cum scriptis Finckelthuſi collata extra ambiguitatem ponunt. Accedebat, quod Ordinationes Politica & Processualis non fuerit sufficiens ad exterminanda facta moribus hinc inde recepta, sed turbationi iustitia multas occasiones suppeditantia, & ad tollendos abusus & fraudes ipsius Ordinationibus, partim a Judicibus, partim ab Advocatis vel procuratoribus, aut partibus factas. Atque hæc oratione multam conquerendi occasionem dederunt Statibus Saxoniciis. Exhibuerunt illi gravamina sua comitiis provincialibus anno 1653. & 55. Iohanni Georgio I. deinde quoque Electori Filio anno 1657. ea-
que causa fuit natarum deinceps 154. novarum constitutio-
num e) & decisionum Electoralium 91, quibus anno 1661. e) Neuen Ev-
ptraque quæ iustitia administrationem protrahebant vel ledgungen/
et. von Jasti-
tum sententias in controversiam vocabantur, composita sunt.
Promittit autem Elector, & reliqua, quæ superesse agnoscit,
dubia deinceps definire. Prodierunt decisiones illæ tum se-
paratim, tum reliquis constitutionibus Saxonicii juris addi-
tae. Sunt vero in Decisionibus his plerumque approbatæ
illæ, quas Carpzovius tuerit, sententie, inque eas postea
Johannes Philippi commentarii loco novas observationes
edidit.

§. XXV.

Exulaverat hactenus ab Academis etiam Statuum pro- *Anonymi*
testantium, vera & genuina Philosophia de moribus, cuius vindicatio pro
potissima pars est doctrina de differentiis justi & injusti. At *vem Juris-*
post annum 1660, incipiebat in Academia Argentoratenſi Jo- *prudensia,*
hannes Henricus Boeclerus Grotii libros de Jure Belli & Pa-
cis cum magno applausu Studiosorum Juris explicare. Agre-
hoc

hoc ferens Rebhanus JCtus illo tempore celebris in programmata nomine Facultatis Juridica anno 1663. edito graviter in hunc conatum invectus erat, timens, ne pretium Iuri Justiniane detrahheretur, & loco juris certi introduce recur æquitas cerebrima & jus incertum. Huic programmati Anonymus, sub titulo; *Coll. Gell. Censura Programmatica Argentorati, d. 7. Dec. A. C. 1663.* editi, seu vindicie pro studiis civiliibus venique Jurisprudentia, acrem censuram opposuit, in qua falso ostendit, sequestrationem studii juris naturalis potius legulejos ac rabulas facere cum multo iustitiae damno. Verosimiliter ipse Boelerus istius scripti autor, Collegii Gelliani, tum Lipsia florentis, nomine, cum bona pace collegarum (& præcipue Ziegleri, qui & ipse inter primos fuit, qui Grotium prælegit & in eum commentatus est) usus fuit, ut vindictam Rebahnii evitaret.

§. XXVI.

Hermannii Hoffmanni Scigraphia Processus judicialiarum.
f) F. 2. b.
g) F. 3. 2.
†) F. 8. 2. lit. k.
h) A. 3. b. seq.

Hermannus Hoffmannus Consiliarius Brandenburgicus, considerans, quod, cum antea plurimæ lites etiam in Camera Imperiali ultra seculum suulent protractæ f), post publicatam vero emendationem in Recessu Imperii 1654. experientia docuerit, novos processus varios intra biennium vel triennium esse finitos, g) in judiciis tamen inferioribus prolixitas administrationis iustitiae adhuc nondum emenda ta fuerit, sed in causis etiam levioris momenti post decimum vel trigesimum etiam annum definitiva sententia lata fuerit, sumtibus & expensis sumمام de qua litigabatur, longe excedentibus, †) (ordinationibus videlicet processualibus statuum mire inter se discrepantibus,) formulam processus anno 1667. publicavit, in qua fundamenti loco posuit, in singulis annis 12. terminos fixos, singulos videlicet singulis mensibus esse constitudos. h) Tum ostendit, quid actor & reus in singulis terminis partim oretenus, partim in scriptis secundum communem naturam ordinis judicarii proponeat, eum in modum, ut in prima instantia, etiam in processu ordinario, sententia definitiva ultra annum, tam intui-

intuitu conventionis quam reconventionis , differri nequeat, i) porro in secunda vel etiam tertia instantia, ut quæra nullitatis in tribus, restitutio in integrum in quinque, supplicatio contra sententiam in tribus, reviſio juncto syndicatu in quinque terminis finiantur, instantia vero Appellationis, si novæ probationes admittantur, intra annum spatiū, si faltem gravamina ex actis primæ instantiæ repetantur, intra tres vel quinque terminos, & instantia Leuterationis pariter intra quinque terminos, etiam si novis probationibus partes utantur, ad finem perduci debeat. k) Causas summarias seu extraordinarias, item executivas sic commode posse institui & expediri, ut secundum diversitatem variorum generum, aliae duabus vel tribus, aliae quatuor vel ad summum quinque terminis finiantur. l) Causas alimentorum, cambiorum & ubi periculum summum in mora, intra duos vel tres dies, extrajudicialiter, auditis viva voce partibus, expediti posse m) &c.

§. XXVII.

Anno statim subsequente 1668, idem Autor edidit *Lycurgum, Germanorum moribus informatum*, in quo Octavius Pisani Lycurgum Italicum in certa capita distribuit, productis divinis & humanis iuribus variis, item rationibus Philosophicis & fundamentis Historicis illustravit, ut plurimum (ut ipse in prefatione dicit) approbat, paucissimis faltem rejectis. In prefatione dicit autor, se valde mirari, quod, cum celeberrimus & famigeratissimus Octavius Pisani jam anno 1618. tractatum suum cum censura Antverpiensi publicaverit, & in eo modum præscriperit, lites cunctissime finiendi, tamen in Germania haec tenus neque ejus usus receptus, neque tamen etiam liber iste ab ullo refutatus fuerit. Igitur Autorem in causas hujus rei inquisivisse, & sibi proposuisse, ut hic laudatissimus tractatus ulterius commendaretur, ac ostenderetur, quomodo consilia a Pisano data in Germania, si non in omnibus, faltem in multis capitibus in praxin deduci possint. Potissima puncta, in qui-

G bus

*Eiusdem Ly-
curgus Ger-
manorum in-
formatus.*

bus Hoffmannus a Pisano dissentit, sunt sequentia. Dum Pisanus docet, (1) leges hactenus receptas tanquam insufficietes ad promptam iustitiae administrationem, esse abolen-das, & suum consilium in earum locum in praxin introducendum; n) (2) JCTos & Doctores a judiciali confessu esse
scq.
removendos; o) (3) Advocatos & Procuratores a limine judi-
ciorum p. 22. l. cii esse excludendos, p) item Notarios; q) (4) Feminas
p. c. 4. p. 32. non nisi deficientibus masculis ad successionem esse admittit;
q) c. 5. p. 39. tendas; r) (5) Donationes semel rite conceptas nullam ob-
r) c. 13. p. 105. causam esse revocandas; s) (6) Quod Princeps cavere de-
s) c. 14. p. 113. beat, ne subditi divitiae abundant; t) (7) Quod ceremonia
t) c. 15. p. 117. recepta in exequiis defunctorum, ut idolatrica sint ab-
u) c. 58. p. 267. roganda; u) (8) Quod quilibet privatus cui ab altero in
conversatione injurya illata, hunc in bannum declarare pos-
vv) c. 41. p. sit; w) (9) Quod ut assassinum non sit puniendum, si uxor
287.
delinquens a marito vel cognatis fuerit clam interficita; x)
x) c. 49. p. 345. (10) Quod testimonium personæ illustris æquipolleat testi-
monio duorum testimoniis humilioris conditionis. y) Pauca ve-
ro inveni, quæ Hoffmannus verbis disertis, ut in Germania
introducerentur, commendaverit, v. g. quod Pisanus volue-
rit, omnes contractus esse a magistratibus ad hoc negotium
z) c. 7. p. 57. destinatis, conficiendos, z) item testatoribus solum ut de
& c. 17 p. 131. bonis acquisitis, non vero de bonis paternis vel hereditariis
a) c. 12. p. 95. disponant, esse permittendum; a) porro: Instrumenta co-
ram judice confecta habere paratam executionem, etiam si
b) c. 16. p. 122. producantur coram magistratu extraneo; b) Reliqua prope
omnia vel in medio relinquunt, vel frigide laudat, vel testi-
moniis aut juribus vel factis affinibus magis illustrat, aut ex-
pli-
cat, vel tacite limitat, quam ut approbet & commendet.

§. XXVIII.

Leibnizii Gothofredus Guilielmus Leibnitius, qui nuper, ma-
scripta de e- gno cum Reipublicæ literariae damno, ad plures abiit, dum
mendanda adhuc vel juvenis esset, vel juventutem vix esset egressus,
Jurispruden- videlicet circa annum 1668. edidit *Rationem corporis juris re-*
itia. *concinnandi.* *Quæ* quamvis non sit ad manus, & Autor ipse
con-

consilium suum non adeo distincte proposuerit, sed lectorem ad inspectionem ipsius operis propediem expediendi remiserit, c) valde tamen commendata ea fuit ab aliis. d) Script. c. 3. n.
Et quantum aliunde constat, promisit Corpus juris omnibus Christianian Rebus publicis aptum & conveniens, e) se- c) Placius de
cundum methodum Pandectarum, f) ita tamen ut universitatem Anonym.
jurisprudentia ad novem capita reductetur, veluti ① Ge- d) Script. c. 3. n.
neralia iuris & actionum, (2) jura personarum, (3) judi- 123. p. 34.
cia, (4) realia jura, (5) contractus, (6) successiones, (7) d) ura Placcio
delicta, (8) jus publicum, (9) jus sacrum. g) Eodem an- d.l.
no 1668. idem vir celeberrimus etiam publici juris fecit Nov- e) Verid. a Ju-
vam methodum descendere docendaque Jurisprudentiae, in ssum. B. 7. a.
qua praemissa didactica generali omnium habituum (non tantum homini propria, sed & communii eidem cum bestiis, imo quod mireris, etiam cum rebus inanimatis,) postea di- f) Id. D. 4. b.
stincte docet, quomodo in specie Jurisprudentia non solum quoad Ideam & essentiam, (five ea Positiva, five Historica, five Exegetica, five Polemica sit,) sed etiam quoad existen- tiam, doceri & disci debeat. Quantos navos in methodo haec tenus recepta Autor deprehenderit, & quanta remedia in mente agitaverit, vel ex indice desideratorum in fine tractatus adjectorum patet. Vult enim ad perficiendam Ju-
risprudentiam fieri juris partitiones, sciographiam juris in artem redigendi, novum juris corpus, elementa juris, re-formationem brocardicorum, compendium Menochii & Ma- scardi de probationibus & presumtionibus, theatrum lega- le, historiam mutationum juris, historiam Irenicam, philo- logiam, item philosophiam juris, concordanrias juridicas, tropos, formulas, adagia juris, arithmeticam juris, antino- micum minorem, institutiones juris universi, item Cæsarei & Saxonici, summam titulorum, versionem legum Germanicam, artem hermeneuticam, juris naturalis elementa de- monstrative tradita, scientiam nomotheticam, breviarium controversiarum juridicarum, tractatum tractatum refor- matum, bibliothecam juris, loca Classica, seu sedes materia-

rum, vitas JCtorum, repertorium juris, pandectas juris novi. Addit Autor. *Plura nunc non sivecurrunt, & aliquid mihi servandum est, revelavi tamen plura quam destinaram, nullus prope paragraphus sine nova vel inventione vel contemplatione abiit. Non gloriam, sed utilitatem quasi publicam, atque nomen prescriptissimum. (Quod videlicet saltem literis initialibus G.G.L. L. indicaverat.) Si quid me effecisse videro, tentabo minuere postum proxime catalogum; si minus, ego me inuidie nota absoluvi; contemporibus satis supplicii ignorantis erit. Veniet fortasse aliud tempus dignius nostro, quo debellatis oditis veritas triumphabit.*

§. XXIX.

*Veridici a
Justiniano
scriptum.*

Non tamen defuerunt, quibus ista ratio corporis juris reconcinnandi non omnino placeret. Mox enim anno 1669, quidam Veridicus a Justiniano edidit *Rationem corporis juris reconcinnandi ad obrusam exaltam*. Verum Autoris nomen docent litterae initiales in versa tituli pagina I. W. R. L. quod fuerit Iohannes Wolfgangus Rosenfeld, Licentiatus juris, postea usque ad finem vita Cizenis Consiliarius & Praefectus. Displicet haec autor, quod Leibnius tentaverit corpus juris omnibus Christianis Rebuspublicis conveniens, cum tamen id impossibile reddat, quod nec idem finis, nec eadem forma imperficit Hispanis, Gallis, Anglis, Svecis, Danis &c. h) quod non potius Institutionum quam Pandectarum methodum sequi voluerit, i) quod in methodo speciali de jure publico ultimo loco agat. k) Ipsius Autoris meditationes de emendatione Jurisprudentiae eo redunt: Duo esse, quæ omnem Rempublicam conservant, jus & amicitiam; jus debere esse statui Reip. conveniens, sed Germaniam laborare jurium varietate & incertitudine, potissimum ob varios defectus & navos juris Romano-Cæsarei & Pontificii, item juris Saxonici. Corpus juris privati, non quidem omnibus Christianis Rebuspublicis, Germania & tamen populis universis utile confici posse. Hoc vero auctorius Electoris Moguntini Iohannis Philippi, Electoris Palatini,

h) B. 7. b.
i) D. 4. b.
k) D. 10. a.

latini, Caroli Ludovici, & Ducus Saxo-Gothani, Ernesti, tum viventium, perficiendum, commendandum esse viris idoneis. Ipse autor unum duntaxat huic operi consummando aptum novit, Petrum Henricum a Stralendorff, Vice-Cancellarium Imperii, etiam a Mallinkrotio commendatum. Requiri autem in novi corporis compilatore (1) Exactam omnium jurium in imperio nostro obtinentium notitiam, (2) Juris naturalis scientiam, ex nullo alio autore, quam ex Aristotele & Scriptura sacra hauriendam, (ubi & de definitione & fontibus juris naturalis, de virtutibus gentilium & Christianorum valde differentibus, de recentioribus aucto-ribus qui de jure naturali scripserint varias observationes addit.) (3) Doctrinæ Politicae & historiarum tam veteris & nova Romæ, quam moderni imperii Germanici status notitiam. Circa methodum notat, ineptissimum ordinem in pandectis a Tribonianó observatum, posse tamen meliori ordine, et si non mathematico, jurisprudentiam tradi, a variis, ut Tabore, Pufendorfio, Vigilio, Chopio aliisque plurimis varie tentatam. Ipsi autoi videntur jura disponenda eo ordine, quo se invicem excipiunt societates. Igitur agendum initio de societate conjugali & juribus eam distinguentibus & conservantibus, tum de Paterna & vice paterna seu Tutoria, postea de societate herili, porro de societate domestica omnibusque ad eam spectantibus juribus, & de jure patribus familiæ competente, denominandi successorem in bona. Sequi doctrinam de mediis corrigen- di injustum, tam universale, quam particolare, item de pro- cessu judicario. Corollarii loco subjicit autor meditationes quasdam de jure publico, & quod consultius sit, corpus illud juris conscribi in idiomate Germanico, quam Latino.

§. XXX.

Anno 1676. aliis, qui sub Justini Nomici nomine la-
mici de in-
tere voluit, edidit *consilium novissimum, & omnium hactenus p-*
vulgatorum facillimum de incertitudine & ambiguitate juris tollen-
juris tollen-

Justini No-
mici de in-
certitudine
juris tollen-
juris tollen-

da, iureve controverso decidendo, seu novo Codice faciendo. Nimirum rejectis aliorum de juris incertitudine tollenda consiliis (de sequenda communi opinione, de sequendis rebus judicatis, de decidendo jure controverso ex aequitate & arbitrio judicis, vel secundum opinionem, quæ faret amico, de definiendis autoritate Cæsarea & Statuum Imperii, per selectos Juris Antecestores questionibus controversis autoritate imperatoria publicandis,) ipse ut rem aptiorem & facilioriem commendat, si quis potentior Imperii Princeps uniuscuius Jcto mandet, ut Codicem Patrium summa cum cura & lucubratione ex optimis quibusque Autoribus construat ad methodum Digestorum, inserris suo loco illis, qui in Codice, Jure Canonico, & Statutis, plures aut novi habentur, titulis, ita ut in singulis premitantur juris fundamenta, ex quorum generalitate novi quotidie emergentes causas commode decidi possint; tum, si omnes, quotquot inveniri possunt, questiones controversæ, titulæ tamen, brevissime sine ulla disputatione autoritatissime aut rationis allegatione decidantur. Hunc Codicem ita compositum, tam a Consiliariis Principis, quam a Facultate Juridica revidendum, &c, si quid mutandum putent, sine multa disputacione sola votorum pluralitate corrigendum, posteaque principali autoritate confirmandum, & ut a subditis immutabiliter obseretur, præcipiendum. Porro nullum esse dubium, hoc modo compositum confirmatumque Codicem extra territorium quoque odorem viresque sparfurum esse, &c. Adjiciuntur approbationes hujus Consilii n. testantes, quam placeat id aulicis, & quam sit optandum, ut idem auctoritate & jussu Principis potenter quam proxime deducatur in praxin.

§. XXXI.

*Philippi Burchardi de Bodierne Ju-
richardij Jcti discursus de hodiernæ iurisprudentiæ novis & re-
mendationib[us] & re-
sp[ec]tiva Jurisprudentiæ Cultoribus dedicatus, in tabernis apparuit,
con-*

confitit, ipsum hunc Burchardum antea sub Iustini Nomici larva latere voluisse. Ipse enim non solum in dedicacione tractatus prioris meminit, sed etiam ex inspectione apparet, eundem plane cum priore consilio esse hunc discursum, nisi, quod hic posterior sit ad alterum tantum auctior. Meminit etiam in dedicatione ratiuncularum dubitandi, quas quidam de operis difficultate nectere voluerint; sed has tamen dicit autor plane non esse attendendas, se enim non intendere novum juris corpus, nec correctionem veteris, nec alia juris fundamenta, sed tantum ex incerto certum, ex dubio & ambiguo rectum, ex controverso decifum, adeoque ex injusto justum ius facere. Principia enim juris nostri sat bona esse, nec opus habere, ut ex jure naturali reformatum, paucis exceptis, qua regula Christi & similitudines antiquorum Germanorum mores & inde nata ho- dierna praxis jamjam sustulerint, quæ non nisi recensere opus sit. Isdem prope verbis intentionem suam postea in ipso discursu l) repetit & declarat, se omnem novitatem ut val-
de odiosam evitare, & (ne quis vereatur, ne cogitationibus de novo juris Corpore suscepitis vetus Jus deseratur, antequam novum adipiscamur,) se putare, relinquenda plane esse omnia jura, Justinianum, Canonicum, Feudale &c. suo loco & ordine, & solum omnia jura controversa deci- denda & in novum Decisionum Codicem compingenda esse. Quamvis enim multo perfectiora jura nostris scribi posse & olim debuisse scribi fateri cogamur, tamen propter rei dif- ficultatem & præsertim in nostra varie divisa Germania non tam quid optimum, sed quid facilissimum sit, expedientum esse, & tempus, & occasionem ad meliora expectandam esse. Quamvis etiam de forma externa Juris & tradenda ejus me- thodo multæ sint querelæ, multoque meliorem adornari ex arte posse non sit diffidendum, tamen, quia istum defectum tot commentarii, Paratitla, Notæ, Systemata & Lexica &c. facile suppleant, movere ista nos non ita debere, ut pro- pterea moveamus lapides, quos posuere Patres.

§. XXXII.

§. XXXII.

Andreae von Mandelsloh Jurium Doctoris, tractatus Historico - Politico - Juridico de postergata causa Justitia, una cum monitis & remediis necessariis iuxta aptiorum Methodum ex quatuor causarum generibus concinnatus, qui anno 1705. Hamburgi publici juris factus est.

Tractat ille in novem capitibus, de postergata justitia definitione, divisione, causa efficiente, subiecto, objecto, forma, fine, effectu, & contrario. Causas efficientes octo recenset, personarum

acceptioinem, argentanginam judicialem, odium privatum & mimicitiā, iram, vindictę cupiditatem, timorem

m) p. 16. seq. seu metum, ebrietatem & misericordiam preposteram. m) Quod formam attinet, ejus plures classes facit. In prima collocat Principes, Dynastas, & Magnates, si videlicet hi

non admittant querelas subditorum, sed minaci vultu repudient, n) si quid decernant, altera parte non audita, o) si revocent legitime promissa vel concessa absque legitima causa, p) si antecessorum pača & concessionēs non servent, q) si quem sine justa causa dominio suo privent, r) si officia publica vendant, s) si munus judicandi inhabilibus conferant. t) In secunda classe, si magistratus & judices sui

copiam non faciant, & causas cognitionem denegent, u) si inauditos condemnent, vv) si de causa publice judicanda a parte alterutra privatum se informari patientur, x) si compositionem amicabilem inter partes omittant, y) si partibus probandi facultatem auferant, z) si circa examen testimoniū non rite procedant, a) justitiam tarde administrent,

b) communes Doctorum opiniones & glossas legibus & statutis in judicando preferant, c) secundum acta & probata, & non secundum propriam scientiam judicent, d) ex suo arbitrio & non iuxta leges & jura sententiam ferant, e) si injustam ferant sententiam f) aut nullitatis vitio laborantem, g) si sententiam executioni non mandent. h) Si collegia juridica, [in classe tertia] ad magistratus vel judicis literas commendatitias, contra Acta injustam concipient sententiam

n) p. 150.

o) p. 160.

p) p. 169.

q) p. 175.

r) p. 178.

s) p. 190.

t) p. 204.

u) p. 224.

vv) p. 228.

x) p. 232.

y) p. 237.

z) p. 264.

a) p. 273.

b) p. 294.

c) p. 321.

d) p. 334.

e) p. 349.

f) p. 357.

g) p. 364.

h) p. 387.

tentiam, i) si referentes neglegunt requisitis præambulis sen- i) p. 391.
tentiam forment, k) si juvenes & indigni Doctores juris k) p. 393.
renuncientur. l) Si Advocati, [de quibus agit sectio quar- l) p. 400.
ta] sine examine causa statim arrepta arrha patrocinium e-
jus suscipiunt, m) si sint Leguleji imperiti, n) si causa, cui m) p. 412.
patrocinium præstant, sit apertè injusta, o) si falsum com- n) p. 415.
mittant, p) propter magnitudinem quantum patrocinien- o) p. 420.
tur, q) pauperibus vero & aliis personis miserabilibus pa- p) p. 429.
trocinium suum denegent, r) denique si utriusque parti in r) p. 439.
eadem causa patrocinium præstant, & alterius causam pro-
dant. s) In quinta sectione, si Procuratores mandata con- s) p. 464.
stituentium negligant, t) aut dolo malo causam clientis sui t) p. 473.
adverse parti prodant. u) Si Notarii publici, in classe sex- u) p. 476.
ta, non obseruant officium suum. vv) Denique si (in classe vv) p. 479.
ultima.) Nuncii publici circa executionem processuum non
rite procedant. x) Hi sunt navi & morbi iustitiae, quos fu- x) p. 486.
se describit Autor. Expeñtas forte remedia in capite de
contrariis; Sed erras. Nam unicum saltem contrarium ex-
plicit, videlicet ἀρχοδοῖς εἰρ., seu iuri stricti exercitium.
y) Ipsa vero remedia singulis capitibus de causa efficiente y) p. 498. seq.
& forma hactenus recensitis, sub rubrica: monitz & remedia
immiscauit. Etsi vero remedia ipsa summatis non indica-
verit, quantum tamen ex perlustratione percipere potui,
consistunt ea regulariter in commendatione propositionis
contradicitoria per leges in praxin introducendæ, & per pœ-
nas conservandæ.

§. XXXIII.

I. H. Bergeri

Recensui jam supra z) qua cura in Electoratu Saxonico a temporibus Augusti Electoris partim in tollenda ju- prationum
ris incertitudine, partim in procuranda prompta iustitia ad Forensium
ministracione, fuerit adhibita. Oblitus ramen sum men. secundum
facere constitutionum ineditarum, quas idem Ele- ordinatio-
ctor Augustus d. 29. Aprilis 1572. ad collegia juridica in ma- nem Proces-
nuscriptis transmisit, iisque injunxit, ut etiam secundum sus Judi-
illas pronunciare debeant. Facit equidem in mandato ciarii.

H

men-
z) s. 7. 8.
& 24.

mentionem Elector, quod & ipse has decisiones vel constitutiones ut imprimerentur curare velit, cur tamen id postea factum non sit, dicere nequeo. Sunt vero ista constitutiones confectæ per Facultates Juridicas & Scabinatus Lipsienses & Wittebergenses, jussu Electoris Lipsiæ anno 1571. eum in finem convocatas, ut quæstiones juris dubias, & controversas definirent. Constant quinque partibus, de contractibus vel quasi, de successionibus & ultimis voluntatibus, de judicialibus, de criminalibus, & de casibus variis. Numerus harum constitutionum, ni fallor, superat numerum constitutionum editarum; neque tamen tempus mihi fuit, conferendi eas cum novis decisionibus & constitutionibus supra a) memoratis, ut appareat, an illæ vel illarum quædam his insertæ fuerint. Audio vero, harum constitutionum ineditarum publicationem sperandam esse a collectore & editore novæ editionis Corporis Juris Saxonici. Quamvis autem leges Electorum Saxonie ob singularem prudentiam etiam apud exterios partim recepta partim commendata fuerint, in tantum, ut inter omnes constet b) recessum Imperii 1654. declarare liquido, ordinatem Pro-Discept, fo-cessualem Saxoniam fuisse diligenter evolutam, ex eaque ren. circa s. acut. præcipua rei forensis capita repetita, atque in illas Imperii tabulas relata, singulare maxima autoritatis indicio, quod ejus dignitatem in illustri monumento ponat; non tamen per omnes has ordinationes & decisiones potuit & juris incertitudo, & tædiositas processuum evitari. Igitur jussi Regio & Electoral, anno 1697. Eximus Jctus Dn. Bergerus illa juris capita, quæ ob diversas Dd. opiniones ubiorem justo litigandi materiam ministrare videbantur collegit, & quamvis præter ea, quæ ad ordinem judiciarium pertinent, alia quoque quamplura argumenta in iis tractarentur, secundum seriem ordinationis processualis disposita, ac Regiæ decisione submisit. Postea convocatis anno 1699. comitiis eo res adducta est, ut status Electorales admonitiones suas isti novæ ordinationi adderent, eaque nil nisi autoritatem

a) d. s. 24.

b) sunt verba
Dn. Bergeri in
prefat. Elect. re-
cessum Imperii 1654. declarare liquido, ordinatem Pro-
Discept, fo-cessualem Saxoniam fuisse diligenter evolutam, ex eaque
ren. circa s. acut.
præcipua rei forensis capita repetita, atque in illas Imperii tabulas relata, singulare maxima autoritatis indicio, quod ejus dignitatem in illustri monumento ponat; non tamen per omnes has ordinationes & decisiones potuit & juris incertitudo, & tædiositas processuum evitari. Igitur jussi Regio & Electoral, anno 1697. Eximus Jctus Dn. Bergerus illa juris capita, quæ ob diversas Dd. opiniones ubiorem justo litigandi materiam ministrare videbantur collegit, & quamvis præter ea, quæ ad ordinem judiciarium pertinent, alia quoque quamplura argumenta in iis tractarentur, secundum seriem ordinationis processualis disposita, ac Regiæ decisione submisit. Postea convocatis anno 1699. comitiis eo res adducta est, ut status Electorales admonitiones suas isti novæ ordinationi adderent, eaque nil nisi autoritatem

tatem Regiam expectaret. c) Cum tamen nescio ob quas o) Vid. d. p.
causas ista publica approbatio non sequeretur, ipse novæ, fat. & dedic.
& ut vocat, recognita ordinationis Autor, eandem una
cum observationibus ad singulos titulos, momenta contro-
versiarum in ordinatione definitarum, referentibus anno
1706 sub titulo *Electorum disputationum forensum, secundum*
seriem ordinationis Processus Judicialis Eleitoralis Saxonici consin-
natorum, publicavit, & judicio Juris & prudentiæ Politice
peritorum subjicit.

§. XXXIV.

Anno 1708. Georgius Paulus Hönn, Confiliarius Saxo- *Georgii Pauli*
nicus & Praefectus Coburgensis edidit in lingua Germanica: li Hönn con-
Nöthige Aufsinunterung und Vorschlag zu Verfürbung der langen filium de ab-
wierigen Rechtes-Processe. Ubi optat initio, ut judicia, quem- breviando
admodumolim factum fuit, sub dio exerceantur, ut persona processu cum
judicium constituentes tedium loci parum commodi eo magis *censura Stry-*
ad citius finiendas lites impellerentur. d) Tum depingit brevissimi.
viter progressum in Germaniâ tardiositatis processuum, & d) p. 1.
damna inde in judges & partes redundantia. e) Causas huius p. 2. 10.
jus mali dicunt se nolle apud Magistratus, Judges, vel in or-
dinationibus Processuum querere, sed statim se ad Advocata
tos velle convertere, tanquam præcipua instrumenta tam
diu dilata administrationis justitiae, quod recensit 18. ge-
neribus vel modis, quibus improbi Advocati eum in finem
utuntur, declarat. f) Inde summatim recenset Autores de f) p. 13. 26.
Remediis hujus mali sollicitos, & inter eos etiam meminit
(præter haec tenus a me nominatos) cuiusdam Sigismundi
Freibergeri consilium de novo Codice faciendo, de cuius
tamen felici eventu desperat, cum id operis incumbat Do-
ctoribus 20. Academiarum difficillime inter se consentienti-
bus. g) Sed remedia ista omnia per Advocatos hucusque g) p. 27. seq.
fuisse elusa. Unde quosdam proposuisse omnium Advocato-
rum remotionem a processu. h) Ipse vero Autor arbitratur h) p. 28. 30.
melius esse, ut eorum numerus valde minuatur, ipsi-
que loco honorarii a partibus solvendi salaryum annum

- i) p. 33, seq. constituatur i) cuius unici remedii undecim utilitates do.
 k) p. 36, seq. cet. k) Subjungit formulam ordinatiois pro Advocatis, 22.
 paragraphis constantem, in qua ostenditur, quomodo Ad-
 vocati per singulas processus partes operam dare debeant,
 ne lites protractantur, sed ut abbrevientur. l) Subjungitur
 l) p. 42, seq. judicium B. Strykii, causas protractae justitiae potissimas et.
 iam in judicibus & ordinatioib[us] judicialibus quarentis,
 & quædam circa salario publica & restrictionem numeri Ad-
 vocatorum admonentis, atque penam mendacii judicialis
 m) p. 57, seq. præcipue commendantis. m)

§. XXXV.

I.G. Döhléri Maximè vero commendari merentur duo tractatus Io.
 Meditationes hannis Georgii Döhléri, Jcti Isenacensis, publicati anno
 de emenda 1712. sub titulo: I. Untersuchung des heut zu Tage überhand-
 tione admi- nehmenden Geld- und Nahrung-Mangels/ nach seinem Ur-
 nistrationis sprung und Ursachen/ auch sichern und gewiss Hülfe-Mitteln;
 justitiae. II. Ohnmaßgebliche Vorschläge/ wie das Juſtiz Wesen vor-
 neslich nach Sächsicher Art verbessert werden können. Primus
 haec tenus saltem ad præsentem scopum pertinet, dum inter
 causas communis paupertatis etiam recentet tædiositatem
 processuum n) ubi ab initio conqueritur, quod omnes qui-
 dem de malo ipso loquantur, paucissimi vero solliciti sint
 de inquirendis veris ac genuinis causis hujus morbi, adeo-
 que remedia contra illud difficultime inveniri queant, &
 quod sepius per remedia haec tenus tentata morbus augmen-
 ta sumserit. o) Deinde probat evidenterissime, quod etiam
 secundum Processum Saxonum, (qui haud dubie in com-
 paratione ad processus aliarum provinciarum multarum tot
 tædiosus prolixitatibus & dilationibus non dat occasionem)
 longe consultius sit homini prudenti, si pro debito 50 vel
 100. thalerorum dimidiam, aut, ubi concursus Creditorum
 oritur, saltem tertiam vel quartam debiti partem accipiat,
 quam ut contra morosum & fugientem dicitorem admini-
 strationem justitiae a judge, etiam probo, & ad juvandum
 farato, secundum methodum processus recepti experiarur.

Tracta-

Traetatus secundus in prefatione p) commendatis reme- p. 83, seq.
 diis Strykii & Hoenii, item laudato valde traetatu Andreæ
 de Mandelsloh, fatetur quidem, causam protractæ iustitiae
 etiam paribus & Advocatis esse adscribendam, magis tamen
 judicibus & ordinationibus ipsis processualibus, & media
 haec tenus suppeditata nihil profuisse, sed potius malum
 auxisse. In ipso traetatu monstrat [1] quantum impedimentum in prompta administratione iustitiae prebeant spor-
 tulæ judicum, & honoraria advocateorum, tam intuitu ju-
 dicis, quam intuitu parrium litigantium, & qui his patro-
 cinium prestant, q) unde consilium dat, ut judges & ad- q) c. 1. p. 89.
 vocati publica salario accipiant, atque ejus rei gratia par- seq.
 tes litigantes certam summam secundum proportionem sum-
 mæ, super qua litigent, determinandam, tam initio litis
 quam post eam finitam Fisco solvant, r) addendo prolixio- r) p. 95. §. 21.
 res responsiones adversus sex objectiones contra hoc reme-
 dium prolatas vel proferendas. s) [2] Docet, quam diffe. s) p. 96 §. 22.
 tant iustitiae administrationem mendacia partium & advo- seq.
 carorum per singulos processus articulos. t) Itaque optan- t) c. 2. p. 104.
 dum quidem esse, ut Wintheri & Strykii consilium de ge- seq.
 nerali Inquisitione aduersus mendacem instituendo in praxin
 dederat, ipse tamen de effectu prope desperat. u) [3] De- u) p. II 2. §. 16.
 clarat, quod ad causas morbi etiam referri debeant ministræ
 ordinationes processus sibi invicem contradictientes, & quod
 singulas attinet, ostendit, quomodo ea per stylum curie
 aut observantias judiciales male explicari & applicari sole-
 ant, quod variis exemplis illustrat. w) Qna occasione et- vv) c. 3. p. 112.
 iam inquirit in causam hujus mali, an ea adscribenda sit, seq.
 quod illi, qui tales Ordinationes concipiunt, scientia juris
 natura & experientia sufficiente sint destituti, an quod abs-
 que judicio eas ex aliis compilare soleant? x) [4] Demon- x) p. 113. §. 3.
 strat, quod tentamina compositionis amicabilis magis re-
 tardent, quam ut promoveant iustitia administrationem,
 quodque idem etiam dicendum sit de plerisque supplica-
 tionibus & rescriptis. y) [5] Notat, quod haec tenus tenta- y) cap. 4. p.
 tum 129. seq.

tum fuerit, tediumstatem processuum avertere per distinctionem processus summarissimum, summarium, & ordinarium, item executivum, per remedia provisionalia, per remissionem ad reconventionem, per anticipations terminorum legalium, per insinuationes citationum & resolutionum mandatarii factas, per tridua, sextidua, septidua, decimaria, quaterdenas, partibus ad proponendas positiones praescripta, per pranumerationem impensarum ad impetrandas sententias collegiorum necessiarum, per rejectionem leuterationum, vel harum communicationem ad refutandum, aut depositionem pecuniae in casum succubentiaz, per penas Advocatorum, per accusations inobedientiaz, per ablationem actorum, per coartationes fatalium & defensionem, per juramenta calumniae, per solennitates in concessione tercia vel quartae dilationis ad probandum, per commissions, & denique durch Macht Spriche. Sed ostendit ipse perspicue, singula haec remedia processus non
 a) c. 5. p. 137. s. breviores, sed omnino longiores reddidisse. 2) [6] Suppeditatem sua consilia, quomodo, etiam si sportulae judicium & honoraria Advocatorum non abrogentur, processus per singula capita abbreviari & ordinationes emendari possint. a)
 a) c. 6. p. 151. s. [7] Variis exemplis ad oculum sistit, quantum damnum habentis in Republica ortum fuerit per tediumissimas dilatationes circa executiones sententiarum usurpatas. b) [8] Materialia litigiorum etiam facile tolli posse observat. Incertitudinem quidem juris, per decisiones aut constitutiones novas circa successiones & tutelas, circa testamento & legata, jubendo ut ea a sanis judicialiter fiant, circa fidicomissa, ea tollendo, exhaeredationes abrogando vel restrainingendo, & de bonis absentium novum jus constituendo. Incertitudinem facti impediri posse, si omnes contractus, pacta, testamenta, tutorum constitutiones &c. coram judicio fiant, & libris publicam autoritatem habentibus inscribantur, si processus injuriarum tollantur, si ad rixas opificum tollendas ipsa privilegia opificum (die Immungen) abrogentur,
 si men-

si mendacia judicialia puniantur. c) [9] Observat, qua ratione judges, ut qui plerumque ad prolongationem processuum plus contribuant quam advocati, in singulis processibus partibus, si modo velint, multas occasiones habeant, litium fines accelerandi, eosque infirmit, quomodo vitia plura hactenus, usu frequentia emendari debeant. d) c. 9. p. 170. s.

§. XXXVI.

Quod potissimum juris incertitudinem attinet, anno statim sequente 1713, ICtus hujus Academiae celebrerimus in *vvigis de e-Oratione publica inquisitiv in media emendandi Jurisprudentialm Germanorum.* Scopus Orationis est, ut doceat, Germanie optimum & securissimum medium esse, indagare differentias juris Germanici, & Romani, rejectis sequentibus metodis aliorum. Si videlicet jus redigatur in formam artis; si controversiae judicentur secundum jus naturae, vel secundum Scripturam Sacram; si leges petantur a Gentibus vicinis; si tollatur jus scriptum, & si praeципue jus Romanum ex Germania relegateur; si legum multitudo contrahatur; si leges Romanae non ex recepto obligent, sed ex vi rationis; si Romanae leges loquuntur germanice; si abesse jubeantur a Republica Advocati; si in scriptis non disputetur de jure; si a judiciis absint Doctores juris Romani; si a Principe decidantur juris problemata, aut rationes procedendi emendentur; denique si sportularum loco, judices & Advocati salario accipient.

§. XXXVII.

Anno proximo 1714, ICtus alias Lipsiensis partim docuit peculiari scripto, quod Advocatus & Judex notitia ac curatore jurisprudentiae naturalis omnino carere nequeat, Bernhardi Klepperbeins remedia, hac vero preditus etiam in intelligendo & applicando jure Romano feliores aliis progressus facere posuit; partim in alio scripto suppeditavit secundum ordinem singulorum titulorum Ordinationis Procesualis Saxonicae ultra centum & quinquaginta media & consilia diminuendorum & abbreviandorum processuum. De reliquis videbimus alio loco &

tunc

tempore, hic saltem indicanda erunt præcipua ad priores tres titulos. Ad tollendam juris incertitudinem consultit, tollendas esse omnes consuetudines & observantias, item statuta a jure communis recedentia, possessoria vero remedia, utpote occasionem dantia injustitiae & fraudibus, esse valde restringenda; loco decisionum casuum specialium promulgandam esse constitutionem certorum principiorum per summa juris genera; distincte & perspicue esse subditis indicandum, an & quousque jus Civile, Canonicum & Feudale, itemque Germanicum cum suis speciebus valere debeant. Ad compositiones amicabiles, (potissimum in concursibus Creditorum, & inter pauperes, cognatos, & subditos,) certo & ex quo modo partes esse cogendas; si jus dubium sit, judicem debere, antequam actori processum aperiat, a Superiori decisionem juris petere; tam judices, quam partes litigantes protrahentes certis multis, parti adversæ quoad partem dimidiare adjudicandis, salva autoritate judiciali esse coercendas. Actuarios debere exponere partibus iura ignorantibus causas, contractus, & transactiones, atque annotare personarum qualitates, an forte a parte adversa fuerint inebriatae, vel sint timidæ &c. denique antequam partes abeant, singula verba iterum distincte prælegere. Justitiarius nobilium indulgendum esse, ut causas judiciales in urbibus expediant, cum rustici plerumque eo vendendi gratia venire soleant, &c. Nullum contractum inter rusticos, si res thaleros valeat, sine judiciali confirmatione pro valido habendum. Judices & Scabinos rurales vel abrogandos, vel publica lege ipsis jus suffragii circa decisâ Justitiarii esse concedendum. Advocatorum examina & testimonia in posterum majori cum circumspectione esse peragenda. Sæpe utile futurum, si judices etiam cum Advocatis remotis partibus, colloquerentur, & justas adhortationes facerent. Advocatos peccantes sapientius quidem, sed multis minoribus esse coercendos. Certum ac determinatum Advocatorum numerum & juribus partium damnum dare, & cariorem processum reddere, &c.

S. XXXVIII.

§. XXXVIII.

Denique retulerunt nova literaria, quæ hic singulis *Scriptorii* septimanis venduntur, ad mensem Novembr. anni 1716. Galli conf. Priorem de S. Petro publicasse & auxisse valde scriptum jam *lum.*
anno 1668. Regi jam mortuo dedicatum, cuius titulus: *l'Ar-
bitre charitable pour eviter les procès & les querelles, ou du moins
pour les terminer promptement sans peines & sans faix.* Autore vero inter alia confilium dedisse, ut lex ab Henrico IV. jam mente concepta demum publicetur, qua per totum regnum, ad imitationem moris in Provincia jam recepti, constituantur Advocati pauperum. Meminit etiam Burchardus: de ho- diernæ jurisprudentia nœvis, *) quod Rex Galliæ anno **) p. 99: 1667. & 1676. duas ordinatias promulgaverit, quibus ple- rasque circa externum Processum civilem & criminalem con- troversias deciderit, abrogatis omnibus totius regni legibus, statutis & consuetudinibus contrariis.

§. XXXIX.

Possunt Autores hactenus recentissimi, & consilia emen- *Plures Au-*
dandæ administrationis iustitiæ ab iis data sufficere, et si tores hoc
non sufficiant, aliquot a me esse omisso, partim quod pertinentes,
eorum copia mihi non fuerit, partim quod nihil novi in ipsis
deprehenderim, partim denique, quia consilia eorum vel
*ratiocinia non ita generalia sunt, sed magis ad specialia ca-
pita sunt referenda.* Ita vidi allegari e) Gottfried Warleß, e) ab Autore
Helvetii discursum de abbreviandis litibus jam anno 1676. der Gedandes
publicatum Scaphusia, sub titulo von Beitzigung der Gerichts- über die Jour-
Händel. Sed idem, qui allegat, Autor, dicit, virum optimæ p. 618.
intentionis repletum fuisse multis ideis Platonicas, & nimio
amore ac fiducia erga fidem, sinceritatem, ac iustitiam po-
pularium suorum. Cui judicio si quis jungere velit excerpta, quæ ex isto libello passim f) tractatui suo inseruit An- f) potissimum
dreas von Mandelsloh, facile apparebit, non valde dolentem capite 3. & 6.
dum esse, quod ejus Autoris copiam non habuerim. Idem
Mandelsloh g) citat etiam Philippi Krebs von Grunau/ Con- g) p. 4. & 322
filiarii quondam Hasso-Darmstadiensis wohlgemeintes Bez- deno.

dencken mit vorgeschlagenen Mitteln und Remedii, welchergestalt das hochbetrübte Justitiæ-Wesen in besseren Stand gebracht / und ohne Weitläufigkeit verholßen werden möge; item Hans Georg von dem Borne J.Cri, olim Cancell. Elect. Brandenburgici Consultationem über den gegenwärtigen betrübten Zustand der Welt s. Was bey uns im Justitiæ-Wesen für Gebrechen. Sed quod Krebstium attinet, non dubito, quin ex eo optima quæque excerpterit ipse Mandelsloh; Bornius vero videtur locutus esse vel de justitia latius accepta, vel nimis generalia & nostro scopo non inservientia adduxisse, unde credo factum esse, ut ipse Mandelsloh eum saltem in ipso tractatu, semel h) ni fallor, allegaverit, & postea i) inter Scriptores, qui consilia de abbreviandis litibus dede- runt, non iterum nominaverit. Vidi quidem ejusdem von dem Borne Consultationem Politico - Theologicam, von dem gegenwärtigen betrübten und kümmerlichen Zustand der Chur und Mark Brandenburg / Friderico Wilhelmo, Electori, anno 1641, dedicatam, ac iterum 1681. Helmstadii recusam,

sed eadem est ratio hujus scripti ac præcedentis, si forte 2) vid. p. 84 - non sunt plane eadem. Nam quod latius accipiat Justitiæ Helmstad. & am, diserta ejus verba testantur, k) & quod administratio- à primis p. 85 nem justitia in judiciis attinet, ipse testatur, l) ea de re in veri. Num san Electoratu Brandenburgico esse optimas Ordinationes, nati- die Justitz. junct. p. 166. vi vero, quorum meminit, ad nostram quæstionem parum ad p. 200. pertinent. Citat etiam Döhlerus m) Burchardi Berlichi discursum, anno 1670. editum, de justitia pro tempore Status hodierni, quem etiam mihi videre non licuit. De vitiis Ju- dicum & Advocatorum agunt Ziegleri Dicastice & Ars Ra- bulistica, quarum summam invenies in notis ad Lancelot-

n) lib. 3. nöt. tum. n) Pertinent etiam hoc Dissertationes variorum varia secundum ordinem temporis hic locanda. v. g. Anno 1666. Ernesti Friderici Schröteri de remedis tollendi litium diurni- tatem in processu civili; Ioh. Friderici Rhetii de administratione justitiae anno 1669. habita; Anno 1680. Arnoldi Mauriti Holtermanni de nequitia Advocatorum; Francisci Clientis judi- cium

rium defensorum in erroneam maleque formatam de nequitias advo-
catorum disputationem: Anonymi virgæ virgæ ob judicium defen-
sorum loco judicis elisivi pro Franciso Cliente: Anno 1686. Con-
stantini Veridici Epistola ad Justum Sincerum de hodierna
conscientiose advocationis difficultate: Henrici Bodini de abusu
jurumentorum, de anno 1694: Anno 1702. Ioh. Samuelis Stry-
kii de interrogatoriis ineptis, & anno 1703. Samuelis Strykii de
processu abbreviando per paenam mendacit. Anno 1715: Michaë-
lis Henrici Gribneri de jure incerto ex dubia legum, quibus uti-
mur, auctoritate oriundo, &c.

S. XL.

Antequam vero meam sententiam de quaestione supra Nova argu-
o) proposta aperiam, videndum erit ante omnia, annon menta co-
ea, quæ haftenus excerpsum ex variis variorum consiliis rum, qui pia-
de emendanda justitia administratione, suppeditent singulis tauti, emen-
dissentientium partibus nova argumenta pro defendenda dationem es-
sentia sua. Qui emendationem esse facile ac facile se facile &
sperandam credunt, ac Principibus persuadere cupiunt, sic facile speran-
tis dicent: Agnoscisse Melchiorem ab Osfa jam suo tem. dam.
pore, correctionem administrationis justitia in monarchia o) s. 5.
tanquam optima Reipublicæ forma commode fieri posse, si
modo Princeps amet justitiam &c. p) Penetrasse eum opti. p) vid. supr. s.
me causas mali, sessionem videlicet unius hominis in di. 7. post lit. c.
versis judicis &c. q) Media ab eo proposta, prohibitionem q) ibid. post
prolixitatis in positionibus, curam seriam tentandæ conci. lit. o.
lationis inter partes, r) esse etiam intellectu facillima. Pa. r) ib. post lit. q.
riter Vigelii monita de abusa artis oratoria s) & de refor- s) s. 9.
mando ante omnia judice esse perspicua; instructionem ve-
ro judicis ab eo traditam t) esse tantum non palpabilem. t) s. 10.
Idem dicendum esse de quinque causis immortalitatis litium
a Petro Fridero Mindano adductis, & de ejus consilio, quod
duo adhuc summa Collegia Cameræ Spirensi paria in im-
perio debeat institui. u) Equisimma esse remedia Fabri, w) u) s. 11.
palpabilia Georgii Obrechti de paenit judicum, advocato- v) s. 13.
rum, Procuratorum, Partium male justitiæ administrantium,

aut ejus administrationem ptoptam impeditium x), si
 modo, ut ipse loquitur, jam diu in praxin introducta fui-
 sent. Eandem esse rationem consiliorum Autoris von Ver-
 besserung des *Justiz-Werks*, imo dissentientes jam ab eo
 fuisse refutatos, dum circa finem tractatus prolixe respon-
 det objicientibus, non sperandam esse emendationem ob
 inveteratam ubique observantiam &c. y) Exemplum Codic-
 lis Juris Civilis Romani a Thoma Cormero confecti z) do-
 cere, consilium de novo Codice faciendo non ita difficile
 esse ut vulgo creditur, si modo non committatur hæc cura
 pluribus. Nihil copiosius inveniri posse libro Parthenii li-
 tigiosi, five causas mali, five ejus vera remedia spectes, a)
 unde non difficile esse ex tanta copia ea, qua huic vel illi
 Reipublicæ conducant, eligere. Plane vero non esse dubi-
 tandum, an Octavii Pisani Lycurgus possit in praxin deduci,
 cum Censor libri, Laurentius Beyerling Archipresbyter, te-
 stetur, ista instituta terminandi quilibet lites absque lite,
 primum per Lycurgum, unum e Græciæ sapientibus esse
 concepta, deinde a Rogerio Rege Neapolitano ad praxin
 feliciter deducta, denique ab Octavio Pisano collecta: Usum
 autem eorum esse evidentissimum, cum observatis iis tolla-
 tur materia & occasio litiam in causis civilibus, crimin-
 alia vero celeberrime expediantur absque Advocatis & Pro-
 curatoribus. b) Saltem malitiam hominum in causa esse,
 quod ista remedia non deducantur in praxin, idque & Hoff-
 mannum non satis mirari potuisse, c) cur videlicet remedia
 tam justa & evidenter haec tenus in praxin non fuerint dedu-
 eta. Etiam Ibburanis apud Barclajum d) ratiocinia & Forst-
 neri monita e) esse omni exceptione majora. Porro Scia-
 graphiam Hoffmanni f) non contemnenda remedia suppe-
 ditare. Ea vero, qua modo de facilitate novi Codicis faci-
 endi dicta sunt, maxime confirmari per meditationes Leib-
 nitii g) incomparabilis dum viveret Polyhistoris, & in
 omnibus scientiis excellentissimi, & per scriptum Veridici
 a Justiniano. h) Denique nihil facilius excogitari posse,
 quam

quam ut decisiones juris controversi secundum consilium Burchardi absque disputatione per pluralitatem votorum definitantur. i) Neque solum commendandum esse Andre- i) §. 30. & 31.
am de Mandelsloh, quod tractatum suum juxta methodum causarum (etiam a celeberrimis JCtis commendatam,) k) Hertius Di-
scribere voluerit, sed & maxime, quod singulis nāvis & de- fput. tom. I.
fectibus statim singula remedia apponere voluerit. l) Reliquos p. 28.
Scriptores studio omitti, ne viventium adhuc gratiam adu- l) §. 32.
lando captare videantur.

§. XLI.

Contra, qui omnem emendationem afferunt esse im- Itemi eorum,
possibilem, & omnia tentamina frustranea, allegabunt, qui docent e-
firmiter probari eorum assertionem ex ipsis relationibus de am esse im-
frustra adhibita hactenus cura jurisprudentia & justitia tam possibiliter.
in Germania m) quam in Gallia, n) & in specie in Saxonie. o) m) §. 6. & 22.
Et ideo ordinaciones processus Cameralis non sufficienes n) §. 16. & 38.
visas esse Electori Saxonie Augusto p) & postea Minda- o) §. 24. & 33.
no q) ac Anonymo. r) Autores autem consilia dantes p) §. 7. ab init.
quod attrinet, Melchiorem ab Offa pro more illorum tem. q) §. 11.
porum describere Officium Principis s) secundum ideas r) §. 15.
Platonicas, & ipsum etiam, dum valde timet, ne optima s) §. 7. post
eius consilia impediatur per homines avaros, t) tacite fa- lit. c)
teri, quod ea sint frustranea. De Vigelii judicio vel ex eo
judicari posse, quod putet, incertitudinem juris, & potissimum neglegētum juris Justinianei esse causam pene omnium
malorum Imperii, & in primis auctæ potentia imperii
Turcici & decrementorum Imperii Constantinopolitanii & Romani. u) Mindani consilium de multiplicandis judiciis Camera Spirensi paribus, w) nec posse expediri, nec v) §. 12.
sufficiens esse ad tollendas quinque malorum causas antea ab ipso memoratas. Antonium Fabrum fateri ipsum, quod
Senatus Sabaudicus, eti litigandi præscripto ritu, & singulis pene diebus variis SCtis pro emergentibus quotidie causibus, huic malo obviare voluerit, nihil tamen ob litigantium insaniam effecerit. x) Idem fateri de suo remedio x) §. 13. in
Obrech- incl.

Obrechtum, eo ipso dum dicit, esse quidem efficacissimum,
 sed mox addit, si modo jam diu in praxin deductum fuisset,
 y) §. 14. ab aut adhuc in praxin deduci posset. y) Autorem Anony-
 mum maxime quidem operam dedisse, ut objectioni for-
 tissima de non speranda emendatione ob inveteratam ubi-
 z) §. 15. post que observantiam, & aliis z) responderet, sed si quis con-
 sideret ea, qua Autor in tractatu suo his objectionibus re-
 spondet, v. g. quod observantia sit contraria sacris literis,
 sapientum dictis &c, quod novus Codex sit condensus &c.
 ei apparitum, istas responsiones omnes vel plane non
 posse pro remedii venditari, vel non esse remedia, sit venia
 verbo, practicabilia. In specie quod Galliam attinet, Co-
 dicem, qui Henrici IV. nomen praefert, non esse receptum
 autoritate publica, & ipsum Henricum IV. pati coactum fuisse,
 ut Advocati ejus emendationi aperte se opponerent, & ejus
 executionem invito etiam Rege impedirent, doceri exem-
 plis supra a) ex Thuano & aliis allatis. Parthenii litigiosi
 Autore b) nihil esse confusus, nihil ineptius. Remedia
 enim ab ipso proposita fere consistere in contrariis malo
 propositionibus, v. g. Processum esse abbreviandum, Jus esse
 in certitudinem redigendum, Advocatos debere esse viros
 probos, adeoque non magis pro remedii esse habenda,
 quam si quis Paralytico præcipiat, ut ire, corpus movere,
 brachia usurpare &c. debeat, vel non posse in praxin de-
 duci. Copiam vero eorum non promovere facilitatem, sed
 rem potius reddere difficultatem, et si enim forte unum &
 alterum in tanta copia non sit plane contempnendum, idem
 tamen copia ineptorum pene occultari, & difficillime a re-
 liquis ineptis secerni posse. Octavii Pisani Lycurgum c) eo
 maiores notas mereri, quo magis se incautis insinuare soleat.
 Initio Archipresbyterum Censem commisso errorem vix
 Archibeano condonandum, quasi videlicet Lycurgus præcepta
 Pisani primitus conceperit. Commendationem banni & In-
 quisitionis Romanæ statim, quantumab hac emendatione
 justitiae expectandum sit ostendere sagioribus, iis videlicet.

qui.

quibus cognita est summa iniustitia & tyrannis in homines
innocentes per bannum illud, & per inquisitionem Roma-
nam (sub prætextu removendi Advocatos & Procuratores,
tanquam homines justitiae administrationem impedi-
entes) introducta, de qua latius alibi actum. d) Consilium de
contractibus omnibus coram judicio præcedente cognitione
causæ celebrandis, initio propterea non posse in praxin in-
troduci, quia inter centum conventiones ad minimum sep-
tuaginta fint, ubi vel earum natura vel circumstantiæ ac-
cidentales, vel conditio personarum contrahentium non
admittat confectionem judicialem, multo minus præce-
dentem causæ cognitionem. Præterea inepte sibi pro-
mittere Pisaniū, quod hic modus contrahendi judicialis
omnem occasionem & materiam litigandi præscindere pos-
sit, & nihil peti debeat, quam paratissima executio. Nam
initio impossibile esse, ut judices prævidere & adeo præca-
vere possint omnia dubia circa interpretationem verborum
oriunda, præcipue si multa fint præstationes mutuæ &
varia paœta contractibus fuerint adjecta. Deinde ubi mutuæ
præstationes sunt, ob exceptionem non adimpteti ex alteru-
tra parte contractus, non posse statim executionem adver-
sus non solventem vel promissa non facientem decerni.
Eam vero fallaciam Pisano vix esse condonandam, quod,
cum probe intellexerit, ipsi objectum iri, majora damna li-
tigantibus esse patienda a judicibus, remoris advocatis &
procuratoribus, putaverit sufficere, si responderet, e) ex e) s. i. g. post
duobus malis minus esse eligendum, ac minus esse malum lit. b.
a judicibus timendum, cum hi saltē ex ignorantia pec-
cent (si scil. Partes jura ignorantēs causam suam non pos-
sint apte in judicio proponere) quam ab Advocatis & Pro-
curatoribus, qui ex proposito & malitia damna dent. Quasi
non etiam dentur Afini, Vulpes, Lupi inter Judices, &
quasi stultitiam asserti illius non possit cœcus palpare. Ne-
que causam justam fuisse Pisano mirandi, cur judicium, quod
vocat morale, non introductum fuerit hactenus, cum po-

tius scire debuisset, magnam differentiam esse inter iustitiam & reliquas virtutes, cum harum plerique omnem coactionem, adeoque etiam judicialem respuant; nec eum Juris Canonici fatis fuisse gnarum, cui tamen originem primam debeat judicia ejusmodi a Clero Pontificio sub titulo pénitentia Ecclesiastica per plurima secula habetens exercita. Reliquos Autores brevius expediti posse.

f) s. 19. cit.
ca finem. Ipsum enim Barclajum sub persona Regis f) indicare, consilia Ibburranis esse speculationes non applicabiles; & cuilibet etiam parum polito facile in oculos incurtere, quod Forstneri, Viri alias maxime commendandi, monita g) magis ad pia desideria, quam ad prudentia consilia pertineant. Anonymi vindicias pro vera Iurisprudentia h) id docere, quodsi forte consilia quadam prudentia emendandi Iustitiam a sapientibus quibusdam commendentur, iis haec tenus se opposuisse ICtos, ne in praxin introducerentur. At non possibile esse, ut spes emendationis adeste queat, quamdiu ICti id faciant. De Hoffmanni sciagraphia i) quid sperandum sit, facile concipi posse, si quis saltē consideret, quod miretur, k) cur Pisani Lycturgus haec tenus in praxin non fuerit introductus, & ipse tamen circa remedia Pisani prima, & sine quibus reliqua omni effectu carere debeant, a Pisano dissentiat, & adeo in toto isto commentario probet quidem, se multa legisse, sed iudicio parum pollere. Consilia de novo Codice faciendo l) ostendere, quod Autores non cognoverint genuinas & radicales mali causas, multo minus intellexerint aptitudinem remediiorum, (cum ipse Justinianus hoc modo, ut alibi ostensum, non potuerit non incertitudinem Juris augere.) Mathematicos esse quidem majori honore, quam vulgo fiat, dignos, sed contentos etiam eos esse debere sphera sua, nec se, ut saepe fiat, negotiis moralibus vel juridicis, a ratiociniis Mathematicis toto celo differentibus, multo minus politicis debere immiscere, cum ad ea non vitio quidem ingenii, sed adsvetudine disciplinx sint minime apti. Cum enim ipsa glorientur, quod

quod etiam a possibiliitate in demonstrationibus suis nobilissimis abstrahant, & si etiam res impossibilis demonstrent, non mirandum etiam esse, si in consiliis Politicis, quorum tamen anima quasi in facilitate (qua multo plus quam possilitas involvit,) consistat, de possibiliitate plane non sint solliciti. Non esse artificium, desideratorum in Jurisprudentia cumulum coacervare, & magnis verbis multa promittere, m) s. 28. circ. fin.

& quamvis talibus mediis ad tempus decipientur incauti, tandem tamen & in fine evanescere omnem, et si multis adulacionibus & fraudibus coacervatam famam, & affectatam dictotoriam in Orbe eruditio potestatem. Veridici de Iustiniano consilium n) prater alia magnam eclipsin judicium vel in eo ostendere, quod doceat, juris naturalis scientiam ex solo Aristotele & Scriptura Sacra esse hauriendam, quasi vel Aristoteles sit insignis Scripturæ interpres, aut unquam in animo habuerit juris naturalis doctrinam propondere, vel quasi Scriptura Sacra sit eum in finem nobis tradita, ut lacunas Aristotelis suppletat, aut quasi in Scriptura non sint multæ aliae doctrinæ, quæ ad jus naturale non pertinent, quæ absque scientia juris naturalis ab his quæ eospectant secerni nequeunt. Porro Consilium de emenda-

da Justitia per decisiones juris controversi o) non aptum esse remedium, sed morbum potius augere, vel id haec-

nus demonstrante experientia in vicina Saxonia. Et imo ipsum modum definiendi, ab Autore propositum, scilicet per pluralitatem votorum absque disputatione, eum con-

vincere debuisse, ex tali decidendi modo nihil aliud pro-

duci posse, quam conclusiones male coharentes, & ita la-

tentibus passim contradictionibus novas incertitudines ge-

nerantes. Ipsum Autorem etiam fateri, p) methodum ab ipso præscriptam non esse optimam, & tamen eum non sentire, quod responsio, qua utitur, non esse movendos terminos, quos posuere patres, tollat totam ejus intentionem. Denique tractatum de postergata justitia Andreae de Mandelsloh vel ex titulo & methodo causarum prodere, quod

K

ejus-

ejusdem pretii sit cum Parthenio litigioso, postquam satis
abunde jam alibi q) de nonstratum fuerit, methodum illam
maculare potius Jurisprudentiam, quam ut eam ornnet. In-
super jam supra r) monitum esse, remedia ab ipso propo-
sita consistere in sola coactione legali aut commendatione
justitiae, adeoque parum solatii exinde sperari posse. Nec
adeo opus esse, noviorum Autorum adhuc viventium scri-
pta in examen vocare, imprimis cum quemlibet ea, qua
ex illis supra s) excerpta sunt, satis doceant, vel ipsos fa-
teri, quod remedia hactenus in praxi usurpata malum po-
tius auxerint, quam correxerint, t) vel etiam inter se tam
ratione causarum, quam ratione remediorum evidenter dis-
cidere, & hoc ipsis cum omnibus præcedentibus fere com-
mune esse. Exemplorum præcipuum loco, quod causas
mali attinet, alias malitia vel culpæ judicium eas adscribe-
re, u) alias advocatis & partibus, w) alias utrisque; x) rursum alias, ur Antonium Fabrum, y) putare, hujus ma-
li causam nec in procuratores, nec in advocates, nec in
judices esse detorquendam, ne quod aliquorum singulare
vitium est, in universi ordinis invidiam temere detorquea-
tur. His vero suppositis causam primario in ipsis ordina-
tionibus esse querendam. z) Quod remedia concernit, a)
lios compositionem amicabilem valde commendare, a) alios
g) 10. b) 34. 35. 37. c) 9. 10. d) 15. e) 10. f) 15. g) 15. h) 15. i) 15. j) 15. k) 15. l) 15. m) 15. n) 15. o) 15. p) 15. q) 15. r) 15. s) 15. t) 15. u) 15. v) 15. w) 15. x) 15. y) 15. z) 15.

6. XLII

*Denique tertia dissidentium classis dicet; Argumentum, qui dota hactenus in paragrapho praecedente adducta probare salcent, eam esse tem, emendationem justitiae esse rem valde difficultem, & saltem valde remedia hactenus usitata variis ex rationibus, facilime de-
difficilem.*

monstrandis, non suisse apta ad morbum tollendum, non vero inde sequi, quod non dentur aptiora. Autores haec excerptos, et si forte nullus eorum totam rem acutetigerit, tamen plerosque eorum multa proferre non contemnenda, sed saltem paululum emendanda, aut ansam eos suppeditare, & quasi manuducere ad meliora invenienda, etiam illos, qui omnia absque judicio consarcinarunt, ut Autorem Parthenii litigiosi, Nathen Spormæcher, Hoffmannum, de Mandelsloh, &c. Nam si quis etiam in his aurum ex stercore quaesiverit, non omne oleum & operam eum perditurum esse. Melchiorem ab Ossa & reliquos decimi sexti & sequentis seculi scriptores excusandos esse, quoniam ipsis temporibus in Academiis, etiam Protestantium, in Facultate Juridica & Philosophica nihil doctum fuerit, quod ad felicitatem veram hominis & Reipublicæ spectaret, sed saltem talia, quæ ad violentias, rixas, iustitiæ protractiones excitandas, conservandas, augendas pertinerent, et si nec docentes id sentirent, aut intenderent. Nunc autem per Dei gratiam meliora in quibusdam Academiis incipi doceri, adeoque meliores successus consiliorum etiam sperando esse. Vigelii ratiocinium, quod neglectus juris Justiniane sit causa aucta potentia imperii Turcici, adscribendum esse etiam nimio amori Juris Justiniane, tum maxime usu recepti, vel etiam cum grano salis intellectum, & videlicet, quod jus Canonicum suppresserit Jus Cæsareum, pro ita absurdo haberi non posse, cum nullum sit dubium, incrementum Juris Canonici esse etiam incrementum imperii Turcici & decrementum Imperii Constantinopolitan, Romani, Germanici &c. Quicquid alii de Vigelio sentiant, id tamen verum esse, consilium ejus de rite instruendo judice secundum methodum bona disputationis, esse valde necessarium, (etsi ad emendandam iustitiam non sit sufficiens,) cum studiosi juris vitio magis Professorum, quam suo, communiter hociemum negligant principia recte ratiocinandi, & putent, officium advocati in eo confitentes

stere, ut parti etiam ineptissima quæque proponenti in omnibus contradicat, judicum vero, ut vel sententias ineptissimas absque pudore proferant, vel si causa paululum sit intrication, ut acta, etiam partibus invitis & contra protestantibus, mittane ad Collegia juridica, addita ratione præquantissima, fieri id ex causa sotica (aus erheblichen Ursachen). Quæ enim causa gravior esse posset, quam agnitionis propria ignorantia? De Octavii Pisani Lycurgo non contemnendam equidem esse censuram in paragrapto precedente propositam; interim tamen non esse diffidendum, si contractus, qua celarem expeditionem non requirunt, quæles multi sunt, fierent cum cognitione aliqua causæ in judiciis, si non omnes, saltem multas litium occasionses posse evitari; minimum, quod testamenta attinet, sapientissimum videri, (quantumcunque etiam torvum videat turba Legistarum & Canonistarum) consilium Pisani, saltem testamenta pro nullis esse habenda, quæ non fiant coram magistratu, cum causæ cognitione, a sanis mente & corpore, imo optandum esse, ut consilium istud Pisani saltem quoad contractus matrimoniales (salva benedictione sacerdotali) in praxin introduceretur, ita enim plurimas controversias de validitate sponsaliorum cessaturas, quæ in Consistoriis nostris tantum non quotidie ventilantur, & fere communiter ex hypothesi Juris Canonici, quod matrimonium sit sacramentum, tanquam hujus, quamvis publice rejectæ hypothesis, reliqua, cum maximo Reip. damno deciduntur. Ex reliquis maxime commendandas vel ideo videri Deehleri meditationes, quod ipse ad oculum monstraverit, pleraque remedia hactenus usitata in causa esse, quod morbus incrementa sumferit, cum initium sapientia sit, detrahere larvam false sapientia, &c.

§. XLIII.

Atque hac ultima sententia etiam mihi se commendat. Nimirum emendationem iustitiae esse rem non facilem quidem, sed tamen nec etiam plane desperatam aut impossibilem.

Quæ sententia etiam arripitur & dividuntur proponitur.

possibilem, valde tamen difficultem, & cum magna circum-
spectione suscipiendam. Hęc quamdiu omittitur, & Prin-
cipibus persuadetur, nulla re amplius esse opus, quam no-
vis decisionibus & ordinationibus, tamdiu omnes impensae
Principis, & omnes labores Consiliariorum frustranea sunt,
& malum irritant, non curant. Perdit Medicus agrorum,
si circumstantias morbi negligenter inquirens & errans in
causa morbi, remedia certissime ad morbum tollendum
haud apta, applicet. Sic & non mirandum, quod hacte-
nus remedia emendanda justitiae adhibita non haberint
spératum effectum. Antequam igitur ad oculum demon-
stretur, in quibusnam singulis circumstantiis consistat
tedioſitas processus, & porro quaꝝ sit genuina cauſa &
ra-
dix corruptæ justitiae, (quod hactenus vel plane non, vel
non sufficiēter ostensum est,) frustra tentatur omnis emen-
datio. Inventa cauſa mali monstrandum erit, doctrinas
Academicas hactenus ob deficientia genuinæ Politicae fun-
damenta, & ob multas Papatus politici reliquias, insinu-
asse futuris ICris & Principum Consiliariis consilia Pseudo-
politica in omni emendanda Reip. genere, ad nihil magis
apta, quam ut mala augeant, & autoritatem Principum
proſtituant, atque perspicue demonstrandum, cui consilia
autorum supra excerpta, cur Recessus Imperii & tot or-
dinaciones Imperii & Provinciales frustranea fuerint. Tum
suppeditanda erunt remedia nāvis istis carentia, eorumque
effectus salubres perspicue demonstrandi. Doctores ad id
apti non solum instructi & exercitati esse debent in arte
bene ratiocinandi, in Philosophia morali, in jure Naturali,
Gentium & Civili, in Historia Politica, Ecclesiastica, Phi-
losophica, Academica, in Iure Iustinianeo & Canonico, in
Antiquitatibus Romanis, Italicis, Germanicis, sed etiam
carere præjudiciis autoritatis & præcipitatiꝝ, & omnium
maxime, intuitu personæ propriæ, præjudicio singularis
eruditioňis, pietatis & Zeli justitiae, insuper tamen sinceri-
tatis, honestatis & justitiae amantes ac naturali judicio pol-

len-

lentes esse debent, &c. At tales Doctores omnia hæc re-
quisita conjunctim possidentes hactenus rariores fuerunt,
& a dissentientibus pene suppressi. Spes tamen non est
minima, in posterum eorum numerum quotidie magis
magisque auctum iri, mortuis potissimum illis, qui
hactenus doctrina jurisprudentia & philosophia inanis a
teneris annis fuerant imbuti. Sed nec tum statim creden-
dum, tempus cum fructu emendandi iustitiam adesse. In-
sinuanda prius erit per ejusmodi Doctores per aliquot
annos ista doctrina de genuinis mali causis & remediis in
lectionibus publicis & privatis studiose juventuti, & ex-
pectandum, donec hi ad gubernacula Reipublicæ vel in Aula,
vel in singulis provinciis aut municipiis adhibeantur. Inter-
rim nihil aliud obtineri posse credo in Imperio Germanico,
& quidem, ob multas rationes, solum inter Principes protestan-
tes, quam ut præcaveant saltem Ordinationes novæ, ne
malum majora sumat incrementa, & ut abusus evidentioc-
res quidam paulatim corrigantur. De quibus singulis ul-
terius hic dicere nequeo, cum singula singulas, & forte

quædam una plures, dissertationes

requirant.

F I N I S.



01 A 6544

ULB Halle
002 931 29X

3



Rita G ✓



B.I.G.

Black

19

18

17

16

15

14

13

12

11

10

9

8

7

6

5

4

3

2

1

0

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

8

7

6

5

4

3

2

1

0

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

8

7

6

5

4

3

2

1

0

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

8

7

6

5

4

3

2

1

0

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

8

7

6

5

4

3

2

1

0

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

8

7

6

5

4

3

2

1

0

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

8

7

6

5

4

3

2

1

0

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

8

7

6

5

4

3

2

1

0

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

8

7

6

5

4

3

2

1

0

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

8

7

6

5

4

3

2

1

0

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

8

7

6

5

4

3

2

1

0

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

8

7

6

5

4

3

2

1

0

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

8

7

6

5

4

3

2

1

0

1

2

3

4

5